STATO
T.

Iv

II v

III v

IV r

IV v

V

IN Nomine domini Amen.

Hac est copia siue exemplum Voluminu
Statutorum Terræ Gualdi Nucerinæ
Diocesis unà cum correctionibus et addi,
tionibus in fine cuiuslibet capituli siue
Statuti ubi corriguntur et adduntur de,
scriptis: copiatorum et exemplatorum
ex dictis Voluminibus de uerbo ad uerbu
prout in eis inueni, per me Bongratium
quondam ser Aurelij Bongratij de dicta
Terra Gualdi publicum imperiali authorita,
te Notarium sub anno dñi millesimo quingen,
tesimo quinquagesimo secundo indictione
decima, Pontificatu S.mi in chro pris et dñi
Nri dñi Julij diuina prouidentia papæ tertij
de Mense Martij mensis dci Anni. et in fide
præmissorum omnium Signum, nomen q. meu
solitum et consuetum apposui et melrs modo

Signum mei Bongratij not. pdci

R. ARCHIVIO DI STATO DI ROMA
BIBLIOTECA

IN NOMINE DOMINI AMEN.

Antonius de Monte ep̃us Albanen. S.R.E.
Presbiter Cardinalis Papien. Terr Gual
di Nucerinæ Diocesis Guberna
tor et legatus perpe
tuus

Vobis dñis Vexillifero, Prioribus, Conailio et cõi Gualdi salm.
Cordi Nobis semper fuit ecclesias, loca pia, muros cõis,
vias, fontes, aquæductum, stratas, & alia loca publica
vestræ Terræ vetustate, et factionibus ferè diruta re
stituere, resarcire, & de nouo facere, pro ut etiam vesti
tuimus, facimus & quottidie conamur facere, simili qz
modo discordias civiles maxime inter vos vigentes, se
dauerimus, et vos Deo duce pacatos reddiderimus: cum
Impresiarũ vobis deficiant propria statuta, sine quibus
Regna, & civitates nil aliud sint qz latrocinia, ut im
perfectũ quod utilius est, nõ dimittatur p̃ns volumen=
statutorũ vobis dirigimus & mittimus. Quæ unà vobiscum
per peritissimos viros diligentissime fieri fecimus ad perpe
tuã cõis Gualdi utilitatem, & comodũ. Mandantes eadem
statuta per vos recipi & admitti, ac in publica urã cancel
laria custodiri. copiamqz volentibus semper fieri & ab

omnibus indifferenter perpetuo observari et contra nō ueniri
sub excomunicationis et aliis poenis inferius in statuto cō
tentis. Decernentes ex nunc irritum et inane quicquid se
cus fieri contigerit:

De officio dn̄i Locumtenentis R.mi D. Car.lis

Statuimus dnum Locumtenentem R.di p.tem tener locū autem et iuris
dictionem, quā ante epīa R.mi dn̄i tenebat Potestas Gualdi et etiā
imperiū merū et mixtū et tale et tantā autem et iurisdictionē
quam R.mus dn̄s per lr̄as patentes dederit, quas patentes
lr̄as in initio sui magistratus p̄ntare et registrari facere
habeat in cancellaria cōis ut moris est, Itē statuimus q. p.tus
dn̄s Locumtenens cū primū se contulerit ad Terrā Gualdi
debitam oblationem unius ducati faciat et ... et societati
sacratissimi corporis christi ecclesiae S.ti Benedā, Idemq.
Locumtenens si fieri pōt sit doctor ad minus octo annorum
sin autē sit nobilis et secū ducat assessorem doctorē annorum
quinq. in publicis studiis comprobatū, et nihil.s retineant
in eorū officio Militē, notariū maleficiorū, extraordinariū
bene expertos et praticos et duos famulos bene armatos et con
uenientem equū. De quibus singulis mensibus fiat monstra
per camerariū camerae et cōis, per quem sumptibus camerae

de salario eius de locumtenentis et familia provideat, itaque
coitas in nihilo teneatur de nihil. in fine sui officij d(omi)n(u)s locum
tenens per [illegible] d(omi)num sindicetur. Assessor autem Judex, miles
Notarius malefitiorum, extraordinarius et famuli sindicentur
per sindicos co(mun)is ad similitudinem officij Potestatis, ut moris est.

De officio Potestatis eius sal(ario) et electione

R. 22

Ite(m) ut eveniente inquem castri Terre nostre existeret nec ordina
tus e(ss)et locumtenens, et res redigeret ad pristinam naturam.
Statuimus q(uod) in generali consilio Terre generalis p(ro)ponant et ad
partitum mittant tres exstante viri quorum ille pro potestate eli
gat, qui ad bussolas et pallottas per duas de tribus partibus
fuerit obtenens ad quem infra decem dies mittat electio
cum capitulis infractis [illegible] quod Potestas fuit et est
electus praetor generalis ad semestre post alios electos vel
electum cum salario xxiiii florenorum Marchiae singulo me(n)
se; et teneatur se conferre ad dictam Terram statim finito tempore
electorum cum solita pompa et in ingressu debeat offerre ducatum
unum et calicem [illegible] in eccl(esi)a S(anc)ti Benedicti
et dem(um) in manibus dominorum [illegible] vexilliferi Prioribus et
consilio iurare debeat ad sacrosancta dei evangelia tactis
corporaliter statuta se bene officia administrare, for
maque omnium statutorum generalis observare et in nullo abeis d

Statutis de mar ea pro se ipso quod pro eius familia, quam secum
ducat. Et imprimis ducat si Potestas non fuerit doctor Assesso-
rem doctorem annorum quinque eius sumptibus et salario et similiter
unum militem, Notarium maleficiorum, extraordinarium et tres
bene armatos famulos, et unum equum similiter eius sumptibus et salario
demumque ingrediatur eius palatium et continuam residentiam faciat.
Et ius singulis diebus et horis iuridicis reddat, sententias feren-
do, decreta interponendo, pronuntiando, mandando et committendo
prout moris est, causasque maleficiorum ante finitum dictum tempus
sub pena centum ducatorum expediat, copiamque Inquisitionum
et accusationum denunciationum et aliorum actorum criminalium
ad cameram transmittat, et omnia alia facere possit et debeat quae pro
expeditione causarum fuerint necessaria et opportuna cum arbitrio manda-
di et puniendi [illegible] usque ad summam centum librarum de
facto [illegible] exigenda a contrafacientibus, et Ca-
merarius camerae sibi salarium solvere teneatur in fine singulorum
duorum mensium. Ita quod civitas non teneatur in aliquo et a civibus
et forensibus qualitercumque nihil recipiat pro eius mercede
et salario etiam in causis commissariis et delegatis nisi dumtaxat
in causis summariis pro examine testium bononenum unum
pro quolibet teste et bononenos duos pro quolibet teste in
causis ordinariis et pro sigillo qualibet vice bononenum unum,
et esculenta et poculenta a nullo recipere possit, et in fine sui

officij scoppiettu unu ualoris unius ducati coitati tradat in
manibus dnoru Prioru, et duos florenos cu dimidio Massario
camnare muri pro reparatione muroru dictae Terre et ante tps
finiti officij sindicari no ualeat, sed finito tpre per octo dies
continuos ad sindicatu star debeat cora sindicis electis per
coe, et infra tres dies primos responder pet homib contra
eu fiendis et cauer de stando iuri et iudicatu soluen. appne
remota. et demu parer snia feredae per ipos dnos sindica,
tores ta pro se, qz pro eius familia, pro quib oib oino teneat,
et Cancellario cois pro electione soluat florenu unu. et in cue
tu inquem contingat aliquem Potate sic esse ad dcam Terra
ante tps et sine electione modo pmisso fca cu Breue et
litis Ap.cis nullatenus admittat et recipiat, sed superioribus
mittant ambasciatores ad ipm Potatem reuocandu. qui si
tentauerit sine electione cois officiu adipisci incidat in pe
na ducatoru centu fabricae muroru applican. et salario eius
priuet omnino:

Correctio Rmi de Monte

Subru.ca de officio Potatis statuit ut potas heat potatem pre
cipiendi sub pena centu librarum, hec contra ueteris statuti di
spositione. Placeat statuer ut contra contumaces et inobe
dientes per locum tenentem uel Potatem usqz in uigintiquinqz
libras in multando seueritas exerceat. Placet et usqz ad 50 ex

De officio Vexilliferi Priorum et eorum electione

Ru. 3.

Decernimus Vexilliferum et Priores eligi creari et imbussulari
pro ut infra sub rubrica de novo Regimine et Bussulo faciendo ip-
sos quod extrahi de dicto Bussulo modo infrascripto videlicet quod postquam bussulum
totum factum fuerit detur in custodia Guardiano Sancti Franc. reti-
nendum in sacristia dictae eccl. in capsula cois sub tribus clavi-
bus, quarum unam retineat Priores, aliam retineat Guardianus
predictus, et aliam Prior Sancti Augustini, et cum venerit tempus extrahen-
di Vexilliferum et Priores per decem dies ante Priores qui pro
tempore erunt residentes banniri faciant pro prima sequenti die de
mane extractionem novorum Priorum per loca solita Terrae ut moris
est, et hora et mane predicto pulsata prius campana cois una cum
Cancell. cois et Regulatoribus et civibus qui adesse voluerint se
se conferat ad eccl.am Sancti Franc. et capsulam cois cum bussulo clausam
portari faciant in aula consilii cois, qua aperta in presentia dictorum
Religiosorum patrum puer unus eximat de dicto bussulo unam
palluttam, quae extracta aperiatur per cancellarium cois et alta
voce et nominatim Priores descripti in dicta pallutta nominentur
et publicentur pro sequentibus duobus prox. mensibus: et alia officia
extrahantur congruis temporibus et modo predicto secundum quod inferius
per formam statutorum disponitur. et demum dictum bussulum et capsula
claudatur et portetur ad locum solitum in dicta sacristia custodiendum
more solito et predicto: et dicti Priores sic extracti post decem dies predictos

Rub.a 29: de fol. 204

Id. 204

Extraordinari[illegible]

Palluta

prima die proximi mensis teneant insimul accedere ad dictam
eccl.am S.ti Franc.i summo mane ad missã audiendã una cũ eorum
predecessoribus, et missa audita accipere possessionem sui Prioratus
et officij, et in manibus cancell.i scripturis corporaliter tactis iura
re de eorũ officio bene et legaliter exercendo et cuncta observan
do omnimode, et continue residentiã facere omni die ibidẽ comedendo
et bibendo et duo ex eis saltem, et durante eorũ off.o artẽ aliquam
manualẽ nõ exerceat sub pena unius ducati pro quolibet reti
nendi de eorũ salario per camerariũ. Insuperque pro ornatu Pa
latij et Terre mantellũ coloratũ longũ usque ad tibias et Ca
putiũ Rosaceũ deferat, et soli per Terrã Gualdi ad penã ui
ginti solidorũ nullo mõ incedat, ecclesiasque oẽs Gualdi in
earũ festivitatibus solemnibus visitet, et missã solemnẽ au
diant associati per Potatem et familiã Terre Gualdi Medi
cũ, cancellariũ, Magrũ ludi, officiales Montis et alios qui
tenuerit eos associare poena uiginti solidorũ officialibus con
trafacientibus qualibet vice. Et Nihilominus Tubicinae debeant
praeire eos tubando et sonando pro ut dictis Prioribus uidebitur
Itidemque dn.i Priores pro eorũ salario singulis duobus mensibus
habeant et recipere debeant a Camerario Camere florenos sep
te et bononenos octo pro quolibet de bonis et prouentibus Camere
Nec nõ ijdẽ dn.i Priores de mense Januarij perp.o singulis annis
habeant et habere debeant unũ idoneũ depositariũ pro uno

integro anno futuro usque ad creationem alterius, quem ipsi Priores
eliger habeant in dicto mense ianuarii, et officium ipsius depositarii
sit et esse debeat in exigendo proventum domus Beccariae sitae
post palatium Potestatis, et florenos octo, a camerario camerae ex-
trahendos de sexdecim florenis quos Reverendissimus dominus Cardinalis solvit
quotannis pro pallio balistando in festo Sancti Angeli de mense
maii, et officium vexilliferi et Priorum versetur circa incepta
videlicet possit unicuique Gualdensium civi et Rustico, incolae et
habitatori mandare et praecipere pro necessitatibus communis sub poena quinque
ducatorum. Et etiam sint iudices appellationum et reformationum
causarum extraordinariarum. Et possint concedere moratorias
super similibus cuilibet ad duos menses, dato deposito penes
cui concedit. Item teneant facere manutenere et observari
omnia statuta et Reformationes Terrae Gualdi inviolabiliter. Item
in principio eorum officii creare debeant octo suprastantes portarum
videlicet duos pro qualibet porta unum civem et alium rusticum, qui sint
refectioni murorum et viarum Terrae Gualdi et habeant autem mandan-
di, percipiendi, gravandi et mulctandi usque ad summam unius duca-
ti, et singulo mense die primo teneant sub poena decem ducatorum
requirere dominos Priores, ut cum eisdem vadant ad revidendum vias
et muros Terrae et reparandum et reparari faciendum prout opus
fuerit. Et si cessaverit et reparari muros et vias non fecerint
priores et suprastantes incidat in poenam decem librarum de cor-

Sint iudices appellationum

Observent statuta

De officio superstantium

salario auferendarũ · eedẽ suprastantes durante eorũ offi sint immunes, á collectis cõitatis. Ité quando aliquis facinoro sus torqueri debet pro veritate reperienda, in tali q̃stione interuenire debeat vexillifer vel unus de Prioribus ad penã vigintiquinq3 ducatorũ officialibus contrafacientib3. Ité dci Priores possit & valeat ad oẽ eorũ libitũ & volun taté consiliũ generale congregari facer & similr consiliũ credẽtie de licentia locũtenentis vel Potatis. Ité teneant p̃a die dñica post principiũ eorũ officij consiliũ g̃nale fieri facer super bono pu.co ut moris est. Ité q̃ nullã p̃positam fieri faciat in generali cons.o nisi prius fuerit obtenta in cons.o credẽtie. Ité q̃ supplicationes particulariũ q̃ porrigerẽtur in cons.o g̃nali mittant ad partitũ absq3 eo q̃ fuerit porrectẽ in cons.o credẽtie. Ité q̃ vexillifer & Priores in ciuilibus causis actiue & passiue conuenir & conueniri nõ possit durã te eorũ officio. Ité q̃ dci dñi Priores restituat successori b3 massaritias & supellectilia palatij per inuẽtariũ manu canc.rij Ité teneant reparari facer eorũ palatiũ collectas imponendo & alia faciendo que fuerit necess.a Ité teneant creare in pri cipio eorũ officij pro duobus mensibus ipor3 unũ sindicũ & procuratoré s(er)atũ ad defendendũ coẽ & pauperes pro iustitia & salariũ deputet prout ipis dñis Prioribus videbit. Ité teneant unã cũ dño locumtenente vel Potate manutenere

Priores teneantur et debeant ... prima dominica Con: siliũ generale fieri facere ... bono publico

Vide huius ei(us)dẽ libri Rub. 18

Vide Rub. 28. huiusmet lib.i

Confal.r et Priores i(n) ciuilib3 nõ possunt conueniri nec conuenire durante eor. off.

Terrā et districtū pacaeū et rixas acquestiones sedar' et ho
mines ad pacem reducer, et fractores paciu' et treguaru' insequi
una cu' hoibus consilij qui teneant pro bono pu.co et de mand.to
dni locumtenentis uel Poeatis arma assumer et domos enor
Vid. Lib. Males. rub. 17. missima crimina comittentiu' et quiete' terr' turbantium
diruer' et solo aquare. Itē obseruar' teneant in cunctis
concernentibus eoru' officiu' forma' p'ntium statutoru', et
p'sertim q. Priores qui fuerit extracti et noiati in eoru' ex
tractione' vacarent et cassent, et ad officiu' ipo' nō admittat
Debitores Comunitatis non admittantur. qui tpre sue extractionis reperti fuerit debitores cois et diam
debitu' nō soluerit. et Cancell.s teneat ipm Priore' subito la ce
rare, et salariu' eide' nō soluer' prout infra in caplō de debito
ribus cois. et nihil.s Priores non teneant infra octo dies sindi
care p'cessores absoluendo uel codemnando. Itē simul cu'
Regulatoribus possit pro occurrentijs cois expender' us q3
ad duos florenos. Itē q. dus Vexillifer et Priores nō posit
associare aliquē mortuu' nisi consanguineos in primo gradu
utriusq3 lineae.

Itē De off.o Regulatoru' et eoru' electione

R.a 4.

5 Statuimus ut Regulatores in gnāli consilio eligant' et depu
tent' ad bussulas et palluceas et imbussalent' ut infra sub
Rub.a 29 rubrica de bussuli scrutinio et nouo Regimine ac qui ex

trahant singulis quattuor mensib; et in oibus requestis et
consilijs generalibus ac particularibus una post Priores in
terueniat, et oia consulenda siue praeponenda in generalib;
consilijs reuideat insimul cū dnis vexillifero et Priorib;
et moderent siue reducat et uincat ut eis uidebit. et sic
tractata in gnāli consilio refricent et ponant, et si secus
fiat sic nullius roboris et momenti. Itē p̄ti Regulatores post
Priores habeant in magna reuerētia supra oēs alios et in
cunctis rebus pu:cis interēē hēant, et teneat curiae fauere
ut dni Priores, et sit soliciti ad tractandas et manutenēdas
paces et treguas, et similr punien malefactores, ita q̄ Terra
Reo duce quieta et pacata semper uiuat, et adeos una cū dnis
Prioribus pertineat bullectas persoluen. pecunias coītatis
sigillar et aliter ndteneat. et si necnon cū in quē contigerit
extrahi aliquis Regulatorū extra muros pro necessita,
te coīs Priores possit aliū deputar et eliger loco sui, qui
sic extractus teneat clauem suā relinquer uni ex collegis
suis, et id ipm de Regulator intrinseco infirmo qui possit
uocē suā cōceder uni ex collegis, et quicquid inter Priores
et regulatores obtentū erit ad bussulas et pallucetas, id per
eos obseruet sub pena unius ducati, et dū Regulatores tenea,
tur compareı ad eorē requisitionē dcōr Priorū ad dcām penā
et si collegerit aliquē ex Regulatorib; ēē mortuū uel mori tūc

Priores poßint aliū loco sui eligere

de offo sindici et procuratoris cois et eius salario et electione R. 5.

Statuimus ut sindicus et procurator cois eligi debeat singulis duobus mensibus, a dnis vexillifero et Prioribus eadē uel sequenti die post introitū eorū offij cū salario per eos deputando, qui statim electus causas cois et pauperes personas defender' heat, et debeat pro iustitia et utilitate cois semper attender', et in singulis peragendis ubi agit de interesse cois et pauperū agetur et interveniat als actus sit nullus et inanis ipo iure et nō teneat. et statuimus illas et et intelligi pauperes personas q nihil possidet in bonis stabilibus et arbitrio dnorū Priorū declaret eard cōditio in quibus cōditione intelligant vidue, pupilli et psone pmanētes i hospitali

de offo ^a. Notariorum catasti et Notariorū bance et eorū salarijs et electione et de collegio notarior et matricula sine approbatione et regiētibus notariorū R. 6.

Statuimus et ordinamus ut Notarij catasti et allibratus in bussulo et scrutinio faciendo imbussulent et creent et sit notarij approbati et descripti in matricula et collegio doctorū et notariorū, et si als imbussulent et creentur nō valeat ipo iure talis electio, sed sit nulla et inanis. et collegiū doctorum et notariorū debeat sub pena decem ducatorū aliū notariū

catasti creari de eorũ collegio et matricula, et ei idẽ liber et officiũ catasti debeat et competat et nõ imbussulato et nulli creato extra matriculã. Et Nihil[us] notarij catasti de men se Martij usq[ue] ad mediũ aprilis sub pena quinquaginta ducatorũ teneant et debeat perpetuo et oi anno cartutias scriber[e] notati in forma in carta membrana, ita q[uod] que libet cartutia nõ excedat numerũ decem personar[um] et eas tradere Camerario camer[e], ut moris est, Et si quis ciuis uel alia persona uoluerit eẽ sola, uel cũ aliquo alio associata in cartutia notarias catasti teneat[ur] poner[e] talem ciuem uel personã solam uel associatã in cartutia ut sibi pla cuerit, q[ui]bus notarijs catasti detur carta, a camerario camer[e]. Et copia oium cartutiarũ factarũ et traditarũ per totũ mensem aprilis perpetuo oi anno debeat eid[em] camerario camerę et exigendas de quattuor mensibus in quattuor mensibus ut moris est, per Massarios. Item Not[arij] catasti nõ possint nec ualeant deler[e] aliquẽ de catasto et aliũ poner[e] q[ua]n[do] contingerit fieri uenditionẽ et alienationem ali quam forensibus, ecclesiasticis, Potentioribus et alijs a quibus est difficilis exactio nisi de expressa li centia dni locumtenentis aut camerarij p[re]d[ict]a[rum] sub pe na quinquaginta ducatorũ. Itẽ statuimus q[uod] Notarij

catasti in oi ano in principio sui officij banniri faciant oes
res no accatastatas debere accatastari. et in catasto poni
sub pena centu ducatoru et amissionis rei et fructuu per
ceptoru. Ite teneant in quali bet partita catasti describere
intus sumas modiolorum, stadioru, tabularu et pedum,
necno librarum, solidoru et denarioru per extensum
et no per lras arimeticas vulgariter dcas abaco et foris
per abacu sub pena unius ducati pro quolibet et vice qua
libet. Ite pro eorum salario et mercede recipiat ut moris est
unu bononenu pro quolibet petio terr delendo et alteri po
nendo, et pro copijs dandis tantudem et no aliud. Ite teneat
tuvar per manus canc. manutener catastum legalit et fi
deliter, camera et coitati inservir ut decet, Item pponde
in catastro res allibratas principalr et personas inde sequend
ut alienationes ad personas no subiectas transeat cu onere
suo et q no valeant sese excusar ratione persona et fori. Ite
in catastro ponat mensura cu iurto vendentis et ementis, et
emptor si fuerit persona no subiecta, ea accatastari faciat
als nunqz deleat nomen venditoris sed ambo et emptor et
venditor an potentur ~~[illegible]~~, et ab aliquo ex eis exigat prout Camere
et coitati habilius videbitur respective pro suo interesse:
Item Notarij bance civilium causaru Imbussulent inter se
ipos singulis tribus annis et oi anno extrahantur duo

Vid. Lib. Civil. rub. 32.
et Lib. Extraord. R. 53.

uel tres Not. qui singulis diebus iuridicis pulsata
campana hora iuridica cora' ius reddente comparere
h'eant cu' libro actoru' et rei p. eu' relationes citationum
et comissiones citationu' et poner' in libro ad instantiam
et petitionem partiu' habentiu' interesse, acta dcu' et
attestationes testiu' et mandata procuratoru' et cau
tiones de stando iuri fideli' conscribant in libro, et pro
ductiones iuriu' instrumentoru', supplicationu', mandator'
cedularu' libelloru', articuloru', interrogatoriu', ex
ceptionu', replicationu', triplicationu', oppositionu' et
aliorum iuriu' in infilza redigat et ponant annotata
primo in libro actoru' quantitate et numero iurium
productoru' sumati' sitta relatione ad sua' infilza'. Ite'
in causis sumarijs a tigine libris infra teneant' peti
tionem uulgare et sumaria' sine aliqua solemnitate
in qua contineat' nomen petentis nomen rei iudicatis
et res et quantitas petita cu' ca' quare petit' poner' in li
bro et responsiones partis et assignationem terminj ad
probandu' si fuerint petita negata in parti uel in totum
et si fuerit confessata petitio in parti uel in totu' ad
solue'ndu' et in termino testes sumatim uulgari sermone
absq3 solemnitate examinare, testes q3 et processus no'

publicatos nemini pandat sub falsi pena, nisi iudici cui oia
acta aperta sint, recipiantq3 pro eorũ salario pro qualibet
petitione sumaria bononenum unũ, pro responsione partis ad,
versæ bononenũ aliũ, pro man.to procuratorũ bon. aliũ, pro ro,
gitu instri bon. unũ pro qualibet parte. It bon. unũ pro quali,
bet comparitione, pro instro interpositionis decreti bononenos
duos, pro examine testiũ sumariorũ bonon. unũ pro quo,
libet teste, et nõ sumariorũ examinatorũ super articulis
bonon. duos. Itẽ copiæ petitionũ et libellorũ ac instrumen,
torũ dentur sumptibus producentis, aliæ vero copiæ aliorũ
iurĩũ sumptibus petentis copiã. Itẽ pro copijs dandis de
actis productis notarius exigat et hre debeat bonon. unũ
pro quolibet latere et facie cartæ et ad minus qlibet facies
et latus cartæ constet de xxv lineis sine versibus plenis
et nõ vacuis, et pro publicatione actorũ testiũ sive processus
bon. unũ. Itẽ pro viatico suo intra Terrã et circũcirca in burgis
exigat grossũ unũ usq3 ad unũ miliar. ultra vero unũ milia,
re usq3 in confinib. in di parte exigant grossos duos et nõ ultra
et pro extractione instrumentorũ idẽ recipiat, et Nihil. iuret
in manibus camerarij se legalr officiũ exercere remotis ira, odio, amore
¶ Itẽ statuimus et ordinamus ut Notr. oẽs Quali. vel forenses
rogare et instrumenta conficere nõ possit nec possit inter privatos

correctionem
vide in fine
pñtis rubricæ

nec de rebus privatis et etiã publicis nisi prius et ante oīa
se p̄ntauerint collegio doctorum medicorū et notariorum
Grcaldi, et ab eis examinatus pub.ce fuerit ac approbatus et
receptus in collegio et matricula eorū. Quod cū quis facere
voluerit imprimis facem cereã unius libræ p̄ntet sacra
tissimo altari pro societati corporis χρι in ecclesia
S.ti Benedicti et collationem honoratã facere omnibus de colle
gio post suã receptionem et approbationem. Et quicunqz se
rogauerit de instris aliquibus publicis aut privatis nō ap
probatus et receptus incidat in penã uigintiquinqz ducato͞r
pro dimidia camer et pro alia dcō collegio applican. et ta
lis contractus sit falsus et nullius ualoris, roboris et momenti
ac si esset factus ab infame, ignominiosa et nō integra persona,
sicut nō matriculatus et nō possit imbussulari pro aliquo
officio, et si imbussularetur nō possit dictum officiū exercer
quinimo per dictum collegiū alio matriculato prouideri de
beat et possit, et qd clerici nō possint se rogare de instrumen
tis inter priuatas personas nec de rebus publicis nec possit
exercere officiū notariatus et seculares qui fecerit cōtra
insta clericis incidat in penã decem ducato͞rū applican.
pro dimidia camere et pro residuo dcō collegio.

De Collegio Doctorum

Item statuimus ut collegiū doctorum Medicorū et Nota

riorũ sit & eẽ debeat unũ corpus & una uoluntas et
Residentiam eorũ faciant in audientia subtus palatium
dñorũ Priorũ ad planũ publicat versus plateã, ibidẽq3
Archiuiũ catasti & scripturarũ retineat sub clau. et
Notarij catasti & Bancę de sero portas dcę audientiã
claudere teneant & debeant oĩno cũ claui sub pena decẽ
ducatorũ ita q nulli pateat introitus absq3 notarij pmta.
et talẽ audientiẽ locũ purgatũ retineant, & in eo honestẽ
uiuat ad dei laudẽ. et semel in prima dominica cuiuslibet
mensis collegialr conueniant & una cũ dñis Prioribus missã
solemnẽm audiant. Item statuimus ut notarij oẽs et singuli
quandocunq3 & inter quoscunq3 conficient instrumentũ et
instrumenta emptionũ, venditionũ, donationũ, testatorum
uel alia instrumenta quęcunq3 in quibus alienet aliquod
petium terrarũ, tunc eo casu apponat quantitatem, mensu
rã et numerũ modiolorũ, stadiorũ, salmarũ & quartarũ dã
petij terrã venditi, relicti uel qualibet alienati & in aliam
personam translati unã cũ finibus iuxta circa, ita q tollatur
abusus pteritoꝝ temporum ... ignorent remaneat
certa mensura & numerus terrarũ certus & determinatus, et
et si secus fiat, instrũa sint nulla, calumniosa & falsa; et
ius reddens ... instrumentũ eadem lacerare teneatur.

et eisdem fidem nō adhibere, et Notarius confitiens talia instrumenta casseetur de dc̄o collegio et matricula et infamis efficiatur, et nullo unquam tempore rogari possit, nomenque tabellioñis et notarij perpetuo amittat.

Correctio R.mi de Monte

Sub ru.ca de officio notariorū, statuit ut instrumentorū copia detur sumptibus producentis, quod iuris contrarium est=

Placeat statuere ut circa editionem ius coē servetur. Placet.

Sub rubrica pdca statuit q. Notarius infamis sit, et instrum falsū psumat si in eo rei alienati, uel in testamento relicti mensura nō exprimat, difficile est per singulos contractus et testamenta imponere mensura. Placeat abrogare statutum. Placet statui q Notarius pro quolibet instro sic confecto puniat pena in gena quinque librarum.

R. de aduocatis et procuratoribus et eorū salo.

R. 7.

Statuimus et ordinamus aduocatos in causis ordinarijs et libellarijs recipi et admitti, et nō in alijs causis summarijs. et pro eorū salario in prima instantia in qualibet causa ducatū unū cū dimidio debeant et nō ultra. Procuratores uero pro eorū salario recipiant in qualibet cā libras decem. In causis uero sumarijs nō recipiant nec admittantur ad procurandū in scriptis sed tantū uerbo, reiectis friuolis etc.

ceptionibus et dilationibus, litis contestationibus per sim
plicem confessionem uel negationem statim post petitionem sub
secutã uel saltem sequenti die in causis appellationum
in secunda instantia recipiant simile salariũ, et in cau
sis criminalibus magnis et capitalibus aduocatus habeat
ducatos tres, et procurator ducatos duos. et ius reddens maius
salariũ taxare non ualeat, sed pro taxato simili modo
semper habeatur omnino.

Correctio R^mi. de Monte

Sub rubrica de aduocatis et procuratoribus statuit ut in ciui
libus salariũ aduocati sit aureus unus cũ dim°. procuratoris
uero florenus unus cũ dimidio. hoc in leuioribus causis ex
cessiuũ est, in arduis parũ. Placeat statuere ut iuxta
constitutiones Marchie arbitrio tamen et moderatione Iudi
cis uel Priorũ aduocatis et procuratoribus salaria decernã
tur. Placet q. sit arbitrio locumtenentis uel Potestatis ex
qualitate causarũ et personarum.

R. de officio Camerarij camere R^mi dñi et
Cancellarij Terre Gualdi R. 8

Statuimus et ordinamus Camerarium recipi et admitti qui litteris
ap^licis siue R^mi dñi creatus et ordinatus fuerit, ut hactenus
extitit consuetũ ipsumq. salario sibi a camera constituto
contentum ẽe, solitasq. exactiones carentia a Massarijs

& collectoribus facere de quatrimestri in quatrimestre, ut
moris est; cui miles & familia dni locumtenentis uel Potestatis
in cunctis spectantibus ad suu' officiu' parere teneant' ad
pena' uice qualibet unius ducati. Introitus omnes Camera'
exigat & retineat fideliter, cunctisq3 officialibus de con-
gruis salarijs de bimestri in bimestre respondeat, debi-
tisq3 temporibus praecedentibus solemnibus subhastatio-
nibus cu' pn̄tia dni locumtenentis, Potestatis uel Priorum
Gabellas, prata, & pascua plus offerenti tradat & uendat
aut alio utiliori modo camere prouideat, ut Camerario
ui debitur magis consulet. Insuper dictus camerarius
sit & esse intelligat officialis damnoru' datoru' retineatq3
duos, tres uel plures officiales & guardianos & unu' ex-
peritu' notariu' ut cameri uidebit expedir', in cunctisq3 pro-
cedat, ut inferius in libro damnoru' datoru' continet' & no'
aliter, eundemq3 Notariu' damnoru' datoru' si per se ipm no'
luerit subroget in cancellariu' cois Gualdi. Et cuncta refor-
mationes, consilia & decreta dnoru' Prioru', consilij & po-
puli in libris bene tentis fideliter conscribat dca consi-
liarioru' arrengatorum, propositas & partita annotando =
Vexillifero, Prioribus & coi inseruiendo u3 inscribendo lras

missivas, mandata, p(re)cepta, et alia necessaria, associando in diebus solemnibus Vexilliferu(m) et Priores, oblatione pro altare eis dando cera(m) et faces solitas offerendo ut moris est, recipiat q(ue) idem subrogatus salarium solitu(m) et consuetum inter ipsos, de l(itte)ris missivis et p(re)ceptis bolonenos duos et alias solitas solutiones de cartutijs sive exactionib(us) recipiendo computa camer(arii) conscribendo introitus maleficioru(m), damnoru(m) datoru(m), extraordinarioru(m), et o(mn)ium membroru(m) camere recipiendo sententias maleficioru(m) auscultando in membranis descriptas ipsasq(ue) fidel(ite)r custodiendo et exequendas sine mora executionibus dando sententias maleficioru(m) in membranis latas de mand(a)to superioru(m) cassando, gratias et supplicationes fideliter retinendo et in cassatura cassatur causam describendo in margine et cetera alia faciendo q(uae) officio suo incumbunt et quolibet al(ite)r spectant et pertinent.

Correctio Ill(ustrissi)mi de Monte

Rubrica de officio camerarij statuit ut Camer(arius) Gabellas et sine solitis bannimentis posit tradere et stabilir(e), Hoc et Camere et singulis de populo p(otes)t damnu(m) inferre. Placeat statuer(e) ut Gabelle publice et cu(m) bannimentis solito more vendantur.

Placet nisi ex aliqua iusta causa aliquando aliud videatur locumtenenti.

De officio Medici et Magistri ludi et eorum electione

Rub. 2

Statuimus et ordinamus Medicu' eligi debere in generali cons.° doctorem phisicu' et chirurgu' expertu' ad bussulas et palluctas per maiorem partem de duabus partibus cu' salario ordinando et soluendo per co'e et ho'ies d'ce Terr'. qui medicus imprimis et ante omnia in uinculo conscientiae cu' ingredietur domu' infirmi teneat eunde' monere ad se confitendu' et recipiendu' ecc.ca sacramenta, et si secunda aut tertia uice usque ad quarta' uicem talis infirmus no' fuerit confessus ad minus, idem medicus omnino no' accedat ad tale' infirmu' curandu'. Ite' talis medicus bis o'i die u3 semel de mane et semel de sero teneat o'es infirmos uisitar', et mederi canonice ut sibi s'm qualitate' personaru' et infirmitatu' uidebit', et casu quo aliquis infirmus uisitatus ordinarie in interme dio aliquod graue accidens passus fuerit ad petitione' eiusd. uel alterius ad quem spectet teneat ipsu' infirmu' iterum uisitare et curare ut decet, Insuper ide' medicus teneat ad petitio'nem Rusticoru' infirmoru' extra domu' in Terra qualdi accedere bis ad infirmu' Rusticu', equo cum ephippio eid. medico parato per infirmu', quem curare teneat ut alios ciues et reuidere bis in die si se intra muros d'ce Terr' reduxerit. Ite' idem Medicus teneat associar' Priores et Vexilliferu' ad solem,

nes missas nisi occupatus fuerit multitudine infirmoru quo casu
d. Vexillifero et Prioribus licentia obtineat. et similiter pernoc-
tare extra Terra no ualeat sine Vexilliferi et dnoru Prioru
licentia. idemq Medicus teneat reuidere res aromatarias et
quatenus reperint in aliqua apoteca aliqua simplicia uel com-
posita, uetera, inutilia et minus bona referat dno locumtenenti
uel Prioribus. qui habita uera notitia de dictis rebus puniant
dcum Aromatariu ut infra in libro extraordinariorum.

Electio Magistri Ludi.

Item simili modo ad bussulas et palluctas in generali consilio
eligatur magister ludi bonus et excellens gramaticus, mo-
rigeratus et discretus cu salario deputando et soluendo per ho-
mines dictae Terrae: qui magister teneat oi die no festiuo re-
tinere scola, et omnes scolares erudire et docere, ac bonis moribus
imbuere aequaliter sine particularitate secundu gradus prae-
rogatiua, et infantes seu proximos infantiae et ignaros doceri
facere per peritos scolares oi die, et cos singulis duob dieb
perse ipm reuidere. Alios uero scolares qui leget quinternum
donatu testuale iuuenale et qui gramatica Themata, et con-
cordantias scandut uersificantur et epistolant oi die bis in ma-
ne u3 et sero reuideat, audiat, doceat cocordantias. Themata
epistolas et uersus fieri faciendo lectiones Virgilij, ouidij, Ho-
ratij, ciceronis, salustij, Terentij, Platonis, Lucani, Martialis,
aliorum oratoru et poetaru legendo secudu gradus praerogatiua.

ipsosq; scolares in divinis instruendo missas et horas canonicas
audiri faciendo. eosq; singulis duobus mensibus cofiteri facien
do. cu eisde scolaribus oi die festivo ad ede sacra in vesperis
accedendo, orationes, avemaria, salve regina et oi sero et die
post recessu alta voce per scolares fieri et dici faciedo: et demu
scolas heat in ecca. plebis Sti Jois de Gualdo vel alibi comode
et ibide moret, et pensionem triu florenoru de suo salario anno
quolibet Plebano solvat, et in cunctis se honeste gerat et sco
laribus bene intendat et eos cum moderamine corrigat et no
cu sevitia, et Priores associet oibus diebus festivis una cu
alijs officialibus pena quadraginta solidoru vice qualibet
et in quolibet casu pdcoru de suo salario retinen. ultra penas

De officialibus Motis pietatis eligen. Rubrica

R. 10.

Statuimus ut officiales montis pietatis eligant per generale
consiliu ad bussulas et pallucteas per duas partes de tribus adm
[illegible], et eligantur viri idonei qui pstita cautione manu no
tarij bance in manibus vexilliferi et Prioru de bene ad
ministrando, curando pignora manutenendo. Montem et bna
sua augumentando recipiant et admittant, recipiantq; pi
gnora, pecunias, res, grana et bna per inventariu manu not.
et duret eoru officiu ad libitu cois et consilij et no ultra. No
tariusq; ipsoru conscribat pignora et bona, et desuper ponat

nomen pignorantis et quantitatē pecuniæ mutuatæ, et inuenta,
riū faciat de rebus oībus Montis quod successori in fine sui
officij unà cū rebus restituat. et bona elapsis duodecī men,
sibus si redempta nō fuerit sono tubæ solemni subhastatione
p̄missa uendant, concedant et liberent plus offerēti, et sors
principalis unà cū meritis et prouisione consueta ponat in capsa
Montis ad instantiam egenorū quibus dumtaxat et nō alijs
mutuar dcī officiales possit. et mutuū nullo modo excedat
summam octo librarū ad plus, et residuū quod superererit re,
stituat patroni pignorū et nemini quolibet pignus nō redemptū
interim mutuari possit. et pignus ualeat et excedat duplū
quantitatis mutuatę. dcī officiales de eorū proprio teneant,
ipsi et similit granū dcī uideì nō mutuet nisi egenis et
de mense maij siue Iunij et nō antē, et Granariū subens pa,
latiū dnorū priorū sit semper adusum dcī Montis, et ei au,
ferri nō possit. et quoniā ad pns Persianasius per pauli
Guardioli fuit principiū causa et origo facien. dcūm Monte
et sua industria sine aliquo auxilio nisi summi dei, opes
dcī Montis mirum modū auxit et continue ualdè auget cū sidu,
ita, ideo durante eius uita uolumus et ordinamus, ut idem
Persianasius sit perpetuo officialis dcī Montis prout als or,
dinauimus, et ipsū immunē ab oī onere cameræ et coītatis me,
rito facimus. ordinamus qq ipsos officiales sindicari debere

finito eorũ officio, unà cũ cautione p̃stita per dñum locũ,
tenentem aut Potaté, Vexilliferũ et Priores et collegium
doctorũ et Notariorũ. et si bene se gesserint absoluant
si aũt male et cũ fraude condemnent in duplũ, et cũ nota
infamiæ perpetuæ et prohibeant eligi nunq̃ possint
in aliquo officio cõis. et Nihil.ᵒ forma captoꝝ et cedulas
existentes penes ipos teneant observare et nõ excedere ad
pena quinquaginta ducatorũ et habeant pro eorũ salario
tantũ quantum in cedula eorũ et nõ ultra.

Correctio R. m. de Monte

Sub rub. de officiali bar Montis statuit ut pignora clapsis
duobus mensibus, si nõ fuerit redempta uendant. tempus
breue est. Placeat ut circa luenda pignora capla Mon
tis seruent. Placet ut seruent capla Montis super hoc.

R de officio sindicorũ Potatis et familiæ

R.

Vide in hoc eodem Libro Rub. 21.

Eligant sindici Potatis Assessoris militis, Notarij malefi
ciorũ, extraordinarij et totius familiæ in nouo Regiminis
bussulo et imbussolent, et extrahant ut cõuenit, recipiat
pro eorũ salario, a camerario Comnis octo carlenos pro quo
libet ipoꝝ, et per diem ante finitũ tps offitij officialium
sindicandorũ per loca consueta Terr alta uoce banniri et

14v

praeconizari faciant per praeconem cois quod quicunque senserit se
gravatum a potate Assessore Milite vel aliquo alio officiale
de sua familia compareat post sonum campanae de mane et
in sero in audientia cois et notariorum ad porrigendum suas
petitiones contra ipsum potatem vel officiales vel aliquem ipsorum
coram dnis sindicatoribus ad recipiendum Justitiae complemen-
tum infra tres dies proximos singulo mane et sero prout vo-
luerit, alias post tres dies elapsos non admittentur petitiones
porrectae nisi subsistant aliquo probabili et iusto impedi-
mento, et in die dicti tertii dierum aliud bannum fieri faciat
de mane quod per totam illam diem usque ad serum porrigant petitio-
nes alias non audientur amplius, et per totam diem Notarius si-
dictorum recipere petitiones teneatur. Et Potas pro se et officialibus
et familia sua comparere teneatur et in prima audientia ca-
vere de stando iuri et iudicatum solvendo pro se ipso, Assessore
Milite et ceteris officialibus et familia et respondere petitionibus
porrectis contra ipsos vel ipsorum quemlibet negative vel affir-
mative tantum et contra eundem Potatem, familiam et officiales
formet inquisitio de male gestis citato procuratore camerae et cois
pro interesse ipsorum respective, et respondeat Inquisitioni si-
militer negative vel affirmative sine admissione
appellationis a sententiis forsan contra se vel officiales suos

ferendis. et post tres dies terminus quattuor dierū porrec-
toribus petitionū et ipsi Potati et officialibus assignet ad pro-
bandū incumbentia, et in termino testes et alia iuris adminicula
recipiant ab utraqz parte. et super inquisitione formata et peti-
tionibus procuratorū porrectis moneant infra quattuor dies
statutos ad probandū et faciendū defensiones pro singulis
diebus et horis ad uidendū iur.ta testiū et productionem alioꝝ
iuriū, et septima die, que erit ul.a dies quattuor dierū pfixa
ad proban. banniri faciant sententias ferendas pro octaua
die proxima de mane hora iuridica in eadē audientia,
et in die octaua hora pdca seu p locatis habendo dni sin-
dicatores sindicatū omnino expediant absoluendo uel
condemnando ut iuris fuerit. et post octo dies nō teneant
Potas et officiales sindicatui amplius stare, sed si fuerint
condemnati de facto soluere appellatione remota cogantur.
solo recursu concesso in grauibus causis ad superiorem
et infra uiginti dies expediat, et in euentu in quē Po-
testas uel officiales nō reperiat fideiussores retineat
ut s. paga sui salarij et arnesia, usqz quo uideat finis
sindicatus, et pro condemnationibus iuste de officialibus
factis uendant et soluant debita unicuiqz usqz ad con-
currentem quantitatem, et si arnesia nō fuerint et petitio

15v

Libri

nes excedere summam ultime paghe retineant dictum Potestas et officiales in Palatio dicto Priorum usque ad finem sindicatus et pro condemnationibus iuste factis carcerent usque quo iustitie satisfecerint. Mandantes in Potestatem et officiales tempore eorum sindicatus associari per ianes et defendi ne dicto ab aliquo facinoroso offendantur. Officiales et Potestas patronus sive caput ipsorum sindicet de simonia, baractaria de excessu et inobservantia Statutorum et quod processus malefitiorum in tempore non expedivit, sed pendentes dimisit, de iniurijs dicto suis in persona quacumque sine iusta et rationabili causa, de Blassfemia, de Adulterijs, de stupris, Tortura iniuste data malefitio quolibet alias comisso, pro homicidijs et alijs delictis atrocioribus merentibus penam corporalem carcerent, nec expectet finis eorum officij et puniatur iuxta eorum demerita. Et mittatque dictus Potestas antequam absolvatur unum scoppiettum pereundem solutum valoris unius ducati et solvat massario murorum pro reparatione florenos duos cum dimidio. Cancellarius florenum unum pro electione et cedulam ostendat, et dimittat taxas sui officij dominis secretarijs 5.me [illegible] soluti et alias condemnet omnino, et novus Pretor et familia sententias latas contra Pretorem exequantur sub pena amissionis salarij. Et si compertum fuerit Potatem et

De officio massarij Camere et alis

officiales se bene in eorum officio gessisse honorabiliter absolvet et det eis electio nova ut post triennium valeat ad dictum officium redire et sibi omnis honor possibilis prebeat et nihil camera et cet. fiat quietantia et littere patentes boni servitij et legalis administrationis officiorum

Correctio D[omi]ni de Monte

Sub ru[bric]a de officio sindicorum. Placeat addere ut pene tempore sindicatus officialibus infligende Monti pietatis applicentur. Placet.

Item de officio procuratoris Camere

R[ubric]a 13

Procuratorem Camere eligendum esse a nobis sive a Camera presidente putamus officium cuius sum necessari in procurando res camere augeri et non diminui. in cunctis que camere peragendis et precipue in cunctis Gabellarum et aliarum rerum alienationibus debere interesse et contradicere quater in damnum Camere fiat. et etiam in processibus maleficiorum et in sententiis ferendis et teneri ad procurandum solicite cum solertia et cunctis contra cameram factis resistere, appellare, protestare et alia facere que fuerint necessaria, Pro quo eius salario nil aliud recipiat nisi quod a camera collectis et data sit et munis et gravari ultra officium suum non possit:~

16v

De officio Massarij Camerae c(omun)is
Rub. 13.

Massarios c(omun)is imbussulari, eligi et creari mandamus in bussu-
lo novi Regiminis extrahendos et publicandos qui extrahan-
tur p(er) priores congruo t(em)p(o)re in fine officij p(re)cessorum, duretque
eorum officium per quattuor menses. Et in initio officij per ma-
nus Cancellarij caveant de bene administrando et fideliter
retinendo computa introitus et exitus, et reddendo ratio-
nem sui officij. Sint que viri aetatis ad minus viginti quinque
annorum, patres familias, et in bonis possideant saltem libras
decem, retineant que ad dictum suum officium peragendum notarium
matriculatum de collegio notariorum, per cuius manus fieri
faciant librum introitus et exitus. Inquantia que dicti Notarij
exactiones, collectas, subsidia, impositas et alias solutio-
nes recipiant et in introitu annotent, et simili modo per
manus eiusdem notarij solvant et expendant, et nemini alij
solvant primo nisi debitum camerae ap(osto)licae, deinde debitum dei,
mariorum ecclesiarum et successive debitum medici et aliorum anti-
quorum creditorum ordinate et nullo modo unum per alium
postponant sub pena quinquaginta ducatorum, simonias et
parsimonias solutionum fiendarum ut recipiant solutiones an-
ticipando et accelerando sub simili pena et de mense martij
usque ad medium mensem Aprilis singulis annis cartulas ex-

peditas a camerariis in manibus habere curent et de
quattuor mensibus in quattuor mensib exigat et exigere
faciat et solicitĩ sint, et ab oĩbus et singlis in primo men
se quattuor mensiũ exactionũ gratiose debitũ soluẽdũ
prout in cartularia pedet. et post in fine primi mensis sinõ
soluerit cũ cõminatione executionis post quattuor dies
proximos iterũ requirat, et solicitent solutionem, et ex
post si cessauerit soluer militi et executoribus tradat
nõ soluentes exequendos sine aliqua intermissione. et
si secus fiat et neghligentes Massarij fuerit in exe
quendo incidat in pena decem ducatorũ et ab ipsis Mas
sariis de suo exigant a camerario Camer et creditoribus
reseruato tñ massarijs iure exigendi contra cessantem
soluere oc id et totũ quod coactus fuerit soluere pro ipsis
cessantibus soluere. et omnes pecunie et res cõis ad ma
nus massarij perueniat et nõ ad alias manus, als alte
ri date et solute nõ liberent dantem et soluentẽ. ex
pensas q3 solitas et necessarias cõis de manto dnorũ Priorũ
et regulatorũ et per bullectas eorũ sigillis signatas fa
ciant, alias nõ emergentes expensas cõis faciant de
manto generalis consilij uel habentis mandatũ ab eo, et
relinquat in fine eorũ officij libros massariatus massa

17v

orū liber

rijs sibi successoribus bene calculatos et in ordine et debito
res non exactos Massarius novus habeat in eius libro re-
scribere, renovare et exigere et omne pecuniarum residuum
si quod habent in manibus. Sin autem libros dumtaxat di-
mittant, et si in dictis libris plus expendisse compertum
appareat quam a communi vel hominibus receperint non credatur
dictis libris, sed per eosdem sovere cassentur et pariter sin-
dicentur et minuant, puniantque in pena Massarius et
Notarius decem ducatorum, si se creditores communis fecerint et
plusque receperint expenderint, et ijdem
Massarij solvant camerario camere debitum nulla expecta-
ta bulletta, sed alijs personis ordinarijs solvant habita bul-
letta predicta manu cancell.ij quam in eorum libro regi-
strare faciant de verbo ad verbum. Et Nihil.s Camera-
rius et cancell.us communis libros massariorum copiari teneant
de verbo ad verbum et in canc.a communis recondere. In initio
sui officij iurent in forma bene et legaliter officium exer-
cere et libros rationum suorum resignare et parere eorum revi-
sionem et habeant pro eorum salario quolibet bimestri bonone-
nos sexdecim et eorum Notarius dummodo tamen librum
faciant, quia si de dicto bimestri non imponeret collecta aliqua
nullum salarium recipere debeant, et pro eorum labore et

remuneratione nil ultra petere possit et ualeant a balli-
nis solutos sex denarios.

Correctiones R.mi de Monte

Sub rubrica de officio Massarij statuit ut massarius so-
lutionis ordinem peruertens uel retentionem faciens in-
cidat in pena quinquaginta soldorum, dura est. Pla-
ceat redigere ad penam uiginti quinque librarum. Placet
reducere ad penam quinquaginta librarum.

Sub rubrica eadem statuit ut miles cessantes soluere collec-
tas cogat et mercedem executionis exigat. Con-
trarium disponit in alijs statutis sum que contra de-
bitores camere communis miles debet exequi sine premio
pro illa. placeat confirmare. Placet de medietate
mercedis ut hoc officiales sint diligentiores:

Sub eadem rubrica statuit ut massarius negligens in
exigendo de suo soluere compellatur et ex negligen-
tia decem aureorum penam incurrat si obseruet unus-
quisque officium massarij recusabit. Placeat statutum
abrogare. Placet modificare ad penam decem flore-
norum dumtaxat.

¶ de officio reuisorum et ratiocinatorum officij et
libri massariorum communis Rubrica 14.

Liberi

Revisores et ratiocinatores duo prattici et experti librorum
Massariorum per duos dies ante finitum officium eorum, a d. Vexil-
lifero et Prioribus eligantur ad sindicandum, ratiocinandum
et computum ponendum officium massariorum, qui ultima die
eorum officij in manibus dictorum Revisorum libros tradat.
Ipsi quoque revisores et sindicatores infra octo dies dictos
libros bene videant et sindicent una cum bullectis ei-
dem massario directis, cunctasque partitas conforman-
tes cum bullectis bonas faciant et non alias. Et in eo
quod invenerint Massarium debitorem condemnent
ad triplum. Si autem eundem compererint officium dili-
genter administrasse absolvant, in qua absolutione
interveniat Camerarius et Cancell. camer. et comunis
in presentia Priorum et de eorum consensu et mandato, quem consen-
sum et mandatum prebere teneantur si revisores bene libros
massariorum compererint, et non aliter, pena contrafacien-
tium quinque ducatorum ipso facto exigendorum cum salario bono-
nenorum quattuor pro quolibet revisore et bimestri:

De officio Sindicorum et Gualdariorum
Castrorum et villarum Gualdi Rub. 15.

Decernimus Vexilliferum et Priores in initio sui officij te-
neri et obligatos esse ad faciendum creari singulis duobus

mensibus per homines villarū et castrorū unū Gualdarium
compellendo hōes et universitates prima die festiua pro
ad eligendū sindicū suę universitatis, qui stati electus
comparere debeat corā vexillifero et Prioribus, ac Potate
et per manus canc. et notarij maleficiorū iurarē teneant
se oīa maleficia in eorū castro, villa uel districtu infra
biduū, a die commissi maleficij referr. Notario maleficiorū
eo modo et forma ut perapient ee comissa, In quibus in
tervenerint percussiones sine sanguine, cū sanguine
comissiones furtorū, adulteriorum, stuprorū, raptuum
et oīa alia grauia crimina, necnō denunciare rixas
questiones, inimicitias et causas quibus facile partes
se offendere possent, necnō exequi mandata superior.
et citationes sibi commissas, a superior. et oīa alia quę fue
rint opportuna et particulariter sindicus castri S.ti Peregrini
eligatur, a Massarijs dicti castri et pareat Potati et Priorib.
nec nō dictis Massarijs, et Potas et Priores negligentes
incidant in pena unius ducati singulis duobus mensib.
si pdca exequi nō fecerint, et sindici electi si officiū dili
genter nō exercuerint mulctentur pena librarū uiginti
quinque uicequalibet. et Sindic. de maleficijs secreto com
missis reportandis per eos lucrentur quartā partem penę et

assignanda per camerariu Camer de eo quod peruenerit cu effectu in camera et no aliter et idem faciat de damnis datis in eoru gualdaria comissis et referant hoies, personas siue bestias damnu dantes Camerario Camer et lucrent quarta parte pene et banni, si reuelarit damna anteq officiales processerit et scripserint talia damna comissa et no aliter uel alio modo.

De officio custodu syluar R. 16.

Statuimus syluaru custodes quattuor fieri per dnos Vexil. liferu et Priores singulis duobus mensibus in initio prioratus eoru pro qualibet porta qui cu iuto prestito inscriptis iuret syluas Camer et ecclis diligenter custodiri facer nec permittere eas comburi, nec cesas lignoru et syluaru fieri ut demu granu seminet et pserum in loco uulgariter nuncupato Sparagaia, frenguello et lentrio et nemini sinat trabes et tigna lignoru uulgo nuncupatoru albano incidere etia pro edifitio sine expressa licentia dni locutenentis uel Potestatis et prioru ad quas custodiendas teneant, et nemini liceat incider uel comburere in dicto loco sparagaie uel in alio loco ligna Albani etia pro edifitijs uel pro serendo granu nisi de licentia prefatoru dnoru inscriptis ad pena centu ducatoru co trafacientibus n̄re Camer applicand. pro una rata, pro alia fa

brica palatij Prioru et pro alia duis custodibus. quisi ne
gligentes fuerit in reperiendo incisores et deuastatores
dictaru syluaru teneantur de eorum proprio resarcire
et Notarius maleficioru singulis duobus mensibus tenea
tur reuidere dictas syluas et mittere pro custodibus predictis
et si damnu dantes no denunciauerit de facto cogat eas ad so
lutionem damnoru et pene: et si damnu dantes denuncia
uerint cogat eos de facto ad pena et damni refectione. et
casu quo damnu dantes ignorent cogant oes laboratores et
custodes animaliu conuersantes in montibus, ita q bene
sylua guardet et custodiat et cuilibet liceat accusare et
ad requisitionem consilij generalis nulla alia expecta
ta licentia ualeat et possint omni tempore incidi:

Correctio R^{m} de Monte

Subrica de officio custodu syluaru statuit, ut deuastans sy
luas sparagaie fenguelli et lentrij, et incidens albanos si
ne licentia Potestas uel Prioru incidat in pena centu au
reoru et eandem pena infliget noualia in syluis uel
rancos faciens. Placeat dictam pena redigere ad uigin
ti quinque libras. Placet q redigat ad pena uiginti duarum

De officio Grasseriorum

R . 17.

Officiales decernimus eligi duos probos viros per dños vexillife-
ru et priores in initio eoru officij singulis duobus mensibus, qui
Notario maleficiorum, vel militi dñi locumtenentis vel pote-
statis referant extractores grassiaru vz Grani, vini, spel-
te, ordei, olei, legumina, bestiaru aptaru ad faciendu car-
nes, pulloru ovoru, casei et aliaru reru, et dic miles et no-
tarius maleficioru habita sumaria informatione extrahe-
tes cogant ad solutionem unius ducati pro qualibet vice
qua grassia extraxerit de qua quarta pars sit dcoru
officialiu. et Nihilus miles et Notarius maleficioru contra
extrahentes grassia procedat et puniant in simili pena
unius ducati vice qualibet et in fro repertos capiat una
cu bonis extractis et extrahendis qd omnino sit et intelli-
gant amissa ipo fco, nisi hmoi extrahentes licentiam
habuerint a dñis locumtenente et prioribus de extrahen-
do dcas res pter grand de quo extrahendo nō possit
dari licentia:

De officio baylorum mandatariorum sive nunciorum R. 18

Statuimus curia dce Terr tres hre idoneos probos et iuratos
baylos, mandatarios sive nuncios electos et deputatos per
dnum locumtenente sive camerariu camere qui iuret et
bene et fidelr officiu exercere in manibus camerarij, quoru
unus continue serviat officio dñi locumtenentis vel potestatis

et familiam eundo cum milite ad pignora facienda intus et extra Terram Gualdi. Alter vero serviat dominis Prioribus con- tinue eorum mandata et ambasiatas faciendo et ponatur et casse- tur ad libitum dominorum Priorum. Alter vero inserviat offi- cialibus damnorum datorum continue cum eis accedendo ad fa- ciendum dictum officium eorum incumbentia et ad requisitionem partium et privatarum personarum citent et referant citasse prout fuerit eis comissum in manibus notariorum bancorum civi- lium vel criminalium ubi causa pendiderit. Mandataque dominorum locumtenentis Priorum vel potestatis, notarii maleficiorum, militis et camerlengarii exequantur, faciant et expediant contra quoscumque prout fuerit eis comissum et mandatum, suisque citationibus relationibus et aliis in officio gerendis si- milibus adhiberi volumus plenam fidem et testimonium, et pro eorum salario singulo mense quilibet eorum recipiat a Cam- rario camere florenum unum de Marchia, et solita emolumenta a particularibus pro pignoribus citationibus et relationibus fiendis ut moris, et nil aliud recipiat sub pena decem librarum, et si falsam relationem aliquando contingerit aliquem ex baiulis fecisse, mitriatus per totam Terram Gualdi fustigetur et banniatur perpetuo

De officio cartulariorum R. 19.

Ordinamus Cartularios eligi et fieri ut in singula cartulia

no' sit maior numerus decem hoium et quicunq; uoluerit solus
uel cu aliquo socio stare in cartutia notarij catasti tenea-
tur ipsum sola' uel cu' socio ponere, ut ipe uoluerit, Jidemq;
cartutiarij teneantur reaperire cartutia' in medio mensis
aprilis usq; ad finem de quattuor mensibus, in quattuor men-
sibus, et exiger gratiose heat, a cunctis quantitatem con-
tenta in cartutijs prima uice et secunda uice exigat cum
cominatione q infra quattuor dies dabunt eos exequendos
militi: et ita fiat sine aliqua intermissione, et mora et par-
te camer soluat camirario, et alia' rata' cois, massario
cois, et si malepagantes exequendos no' dederint, post
quattuor dies p'dcos massarius teneat' executione' fieri
facere contra cartutiariu' de fco. et oia' expediant in principio
quatrimestris, et massarius exequat ut supra in statuto
de officio Massary continetur.

Correctio R.mi d. de Monte

Sub rubrica de officio cartutiarioru' statuit, ut cartutiarius
neghligens in exigendo soluat denar, duru' est, Placeat
statutu' abrogare. Placet excepta inexcusabili mora quo
casu puniatur et tractetur arbitrio superioris.

De officialibus Guardie et officialibus portar. R. 20.

Statuimus duos insacculari et extrahi per bussulu' officiales

Guardie, unu' u3a' platea supra versus arcem, alteru' vero a' platea infra versus porta' S.ti Benedicti, qui t(em)p(o)re suspitionis Guerraru', partialitatu' q(uo)d deus avertat, vel alio tempore dubio guardias et vigilias facer' teneant' per Serv(m) Gualdi, et si casus acciderit rumorem ad custodiam elevar' et alia facer' que fuerit necessaria, duret q(uo)q(ue) eorum officiu' per duos menses, et habeant a' camera pro eorum salario per dictum tempus carolenos quattuor pro quolibet.

Item imbussulent quattuor portannarij quattuor portaru' qui extrahant, ut moris est, et teneat unus quisq(ue) claves sue porte in qua morat', et de sero hora prima noctis portam claudat cu' clavibus et in mane in crepusculo aperiat, et inde ante sine licentia d(omi)ni Locumtenentis aut Potestatis vel Prioru', tempore aute' suspecto claves dentur in manibus d(omi)ni locumtenentis, et ad ipsu' spectet aperire et claudere, et pro ea piantagio cu' salario singulo mense unu' carolenu' pro quolibet, et sine licentia p(re)missa no' aperiant sub pena librarum decem vice qualibet.

Chiusura delle Porte all'ora 1. di notte e apertura al Crepuscolo

Correctio R(everendissi)mi de Monte

Subrica de officialibus Guardie et portaru' statuit ut t(em)p(o)re suspitionis claves dent' in manibus Locutenentis, insolitu' est et incommodu'. Placeat statuer' ne cuiuslibet porte claves suo Priori consignent, qui in claudendo et aperiendo

solicitam curā gerat. Placet excepto tempore suspitionis
quando aliter ex causa videretur superiori, quo casu=
servetur statutū.

De officio Notarij sindicatorū R. 21.

Notarius sindicatorum imbussulet et per bussulū extrahat
sitqz approbatus et descriptus in matricula collegij Notarior
aliàs laceret et extrahat alter de collegio approbatus, qui
salariū solitū et alia emolumenta solita recipiat. Inquisi=
tionem generalem officialibus sub noīe dnōrū sindicatorū for=
met et bannīri faciat sindicatū, terminos servet et assignet
Rub. xi. de quibus supra in R.ca de officio sindicorū: ab officialibz pro
responsionibus et pro iuriū productionibus, examine testiū,
sententia ferenda et alijs actis nihil recipiat, sitqz fidelis
in cunctis, legaliterqz procedat, sub pena quinquaginta
librarū contrafacientibus uice qualibet. Et sit contentus
salario carolenorū octo per camerariū et cancellariū solui
solito et nil aliud petat: Et imbussulentur notarij sex
in toto triennio, et unus semestri quolibet extrahatur
unà cum sindicatoribus.

De officialibus viarū et pontium
districtus Gualdi R. 22.

Officiales pontiū et viarū districtus Gualdi conuenerit eligi
per R. mū dnūm ut ante faciendi remittere vias occupatas

Misura di Strade, della Flaminia

Vide de Vecchijs Tom: 2: pag: 25: segg: et bin... 132 Rub. 7a

dilatandi uias angustas et manutenendi et stratā flam
mineā dilatādi in locis angustis usqz ad numerū unde
cim pedū coīs ad minus et alias uias publicas usqz ad
pedes octo ad minus, uiasqz uicinales usqz ad quattuor pe
des, et ex officio possint proceder unā cū notario malefi
ciorū. Occupatores publicarū uiarū deinceps incidant
in penā ducatorū decē et uicinaliū in penā ducatorum
quinqz, quarū dimidiā sit ipsorū officialiū et notarij ma
lefitiorū, et alia medietas sit camere, ad ipsosqz officiales
spectet et pertineat inquirere, decider et terminar dictas
uias tam publicas qz priuatas sumarie sine scriptis
appellatōne remota. et similr refitia facer pontes ubiqz
locorū precipiendo, mandando, collectas uicinis et illis quorū
interest imponēdo et exigi faciēdo pena unius ducati re
fragantibus et nō parentibus eisdē officialibus, qui de in
obedientijs p̄dcis quarela unā cū Notario maleficiorū cu
rent. et oī mense teneant sub pena quinquaginta ducatorū
inquirere omnes uias et uicinos, et aquas siue paludes
damnificantes uias derivari faciat, et per fluminā si fieri pot
deducere et demarisiare per illos interesse habentes
sub pena p̄dcā. Et ni eos inquē Rmus dns dcōs officiales
nō ordinauerit, dns locūtenens teneat dcōs officiales

ordinari facere, et in eius defectum Potestas et Priores sub pena centum ducatorum, ita quod dictum officium semper duret et vacuum non remaneat, et miles et officiales omnino eis in cunctis ad eorum offi-cium spectantibus pareant impune sub pena decem ducatorum:

De aqueductu et fontibus et eorum officialibus R. 123.

Officiales aqueductus et fontium hactenus ordinari consueverunt per Ill. mum dominum sive eius locumtenentem, quos simili modo eligi in futurum et ordinari mandamus, et in defectum eligi per dominum Potestatem et Priores, et quoniam dictus aqueductus sepe sepius supra Arcem usque ad eorum originem varijs in locis a facinorosis diruitur et aqua tollitur, et per alia loca deviatur et preseritim apud heremitorium sancte Anne, Mandamus ut aqueductus infra mensem supra Arcem aptetur usque ad dictum heremitorium, et cum contigerit rumpi ab Arce usque ad sanctam Annam in aliquo loco decernimus, Molendinarios omnes existentes extra et prope muros portarum S.ti Donati et Martini teneri eorum sumpti-bus ad reparationem dicti Aqueductus et rupturam, sive expila-turam, sive deviationis aquarum, etiam quod vetustate et proprio de-fectu aqueductus aqua ipsa alterque per cursum solitum intoetur vel in minima particula. Et officiales aqueductus curam et revi-sionem omnimodam habeant ac aptari faciant aliis sumptibus eorum

S. Anna heremitorio

reficere teneant de facto: Ab Arce uero intra usque ad molendi
na Terrae ultima seu inferiora mandamus aqueductum apta
ri et manuteneri per molendinarios molendinorum existen
tium extra Terram eorum sumptibus et expensis pro dimidia
et pro alia dimidia uicinorum loci ubi aqueductus deuastatus
apparet, et hoc in euentum in quem fractor aqueducens
non reperiatur, qui si reperiatur sumptibus proprijs reparare
teneatur et cogatur et mulctetur in ducatis uiginti si facere
potest alias fustigetur per totam Terram, et officiales
habeant quartam partem penae, et ipsum aqueductum intra Terram
reparari faciant collectas imponendo, mandando, capi
piendo, cogi et pignorari faciendo et omnia faciendo, itaque
aqueductus restauretur omnino et manuteneatur perpetuo. Man
dantes simili modo fontes cuiusuis stratarum per eosdem offi
ciales manuteneri et reparari simili modo et authoritate.
et fontes stratae portae S.tae Benedictae usque ad ecclesiam S. Franc
a porta praedicta retro itineri adhaereant et eleuentur supra Terram
sumptibus uicinorum, alias destruantur et cooperiantur infra mensem
itaque fontes ibidem numquam sint nisi eleuati et pulchri cum armis
S.mi D. N. Ill.mi et R.mi Domini Car.lis ad eorum memoriam et ad hono
rem et ornatum Terrae praedictae, habeantque pro eorum salario flore
num unum de grauezza intendens a communi et hominibus dictae Terrae

per manus Massariorum vigore bullectarum ipsis a Prioribus quolibet bimestri fiendarum. Et miles, Notarius maleficiorum siue extraordinarius eis et eorum mandatis pareant, et assistant. Volentes tamen quod officialis extraordinarius utatur suo officio et puniat proijcientes stercus siue aliam spurcitiam in aqueductu uel fontibus et lauantes uel intrantes in dictos aqueductus uel discoperientes aut dissoluentes seu smurantes, uel saxa dicti tollentes siue aliis quouis modo spurcantes contra formam statutorum de materia loquentium in libris extraordinariorum.

De officio militis R. 24.

Miles hodie vocatur Baroncellus; qui eligitur a Sacra Consulta.

Statuimus Militem debere exequi omnes exactiones Camerae et communis infra annum sine aliqua exceptione et ad petitionem Massariorum et cartulariorum pro interesse communis et pro interesse Camerae ad petitionem Camerarij facere executionem seu executiones sibi commissas, recepta apoca continente nomina et quantitates debitorum. Et post annum de collectis communis et Camerae nil aliud recipiat nisi unum bononenum pro quolibet debitore exceptis Gabellis a quibus exigat solidum unum pro qualibet libra, et exigat et exequatur contra Gabellarios secundum formam instrumentorum emptionum Gabellarum. A condemnatis vero in maleficijs exigat solidum unum

pro qualibet libra. et in extraordinariis sine damnis datis bononenum unum a quolibet debitore, a particularibus vero personis pro eius executione recipiat secundum consuetudinem hactenus observatam. et unum viaticum tantum exigat in una villa vel castro, vel in duabus villis propinquis per unum miliare distribuendum quibus in illa die et loco accesserit ad faciendum executiones. Resque et pignora infra tres dies banniri faciat ad reluendum infra octo dies, alias dentur Gabellario pignorum pro executione et sorte principali. Idemque miles ius summarium et iurisdictionem habeat verbo sine scriptis cognoscendi et terminandi causas usque ad summam quattuor florenorum, percipiendi et mandandi usque ad summam duarum librarum solita emolumenta recipiendo. Condemnatosque in maleficiis cuiuscumque summe pecuniarie capiat et ad palatium ducat, et nisi cautionem idoneam in scriptis manu notarii maleficiorum dederit de solvendo infra sex dies carceribus ponant et retineant usque ad solutionem et compositionem. Alios vero condemnatos capitaliter vel corporaliter in abscissione vel mutilatione membrorum vel pecunialiter et in defectu corporaliter in carceribus ponat et retineat donec eidem ordinatum fuerit quid agendum. Contra alios vero facinorosos com

pertos in facto, et in fraganti crimine capiat et ad palatium dni
Iudicantis ducat puniendos pro ut iuris fuerit. Et pareat
dno Locumtenenti, siue Potestati, Vexillifero, Prioribus et
oibus officialibus respectiue secundum quod eorum officia exigunt
sub pena unius ducati. Et captos pro ciuili in compedibus
et uinculis ferreis non ponat, sed sinat stare in carcere clau-
sos sine alio ligamine. Et neminem percutiat siue torqueat
sine mandato ad penam centum ducatorum, nisi resistentes
et qui armis, bastonibus, lapidibus uel alijs diuerticulis
se opposuerint contra quos procedat ut infra in libro ma-
leficiorum de facientibus resistentiam uel se opponentibus
curie. Et in ceteris uero hoies Gualdenses et alios discrete
et patienter audiat sine rumore et prolatione uerborum iniu-
riosorum sed modeste ut decet. Et de Gualdenses et alios
qui uerbis minus honestis contra ipsum uel familiam usi fuerint
processari faciat per notarium maleficiorum et puniri faciat
ut infra in libro malef[illegible], aut eis mandet sub pena
solidorum uiginti ne re[cedat] de palatio siue ut se conferant
ad palatium et non recedat. Et de premissis uerbis minus honestis
prolatis constare faciat dno locumtenenti uel potestati et ipsi
puniant culpabilem repertum secundum formam statutorum
in libro maleficiorum de materia loquentium. Et insuper non

Vide Lib. Malefic. Rub. 15.

Require il Lib. Malefic. Rub. 43.

Vide in Lib. Malefic. Rub. 43.

ingrediat(ur) nec frangat domos clausas, sed carta signet, de
scripta in ea pena unius floreni, ut no(n) aperiat uel ingredia
tur, nisi primo et ante omnia creditorem talem de tanto ve
dicto s(um)ma expressa al(iter) concordaverit et de licentia ipsius exe
cutoris. ¶ et domos apertas intret cu(m) bayulo sive ma(n)datario
et in primis alta voce vocet d(omi)n(u)m domus et petat sibi pi
gnus dari causa expressa et si renuntiaverit pignus dar(e)
mandet sub pena duaru(m) libraru(m) ut pignus tradat al(ia)s
pro sorte et pene executionem faciat ¶ et si aliqui qual(ite)r
defenses ut consueverit multi dixerint nolle pignus sed
velle se venire cu(m) milite, tunc miles teneat illu(m) tale(m) ducere
in palatiu(m) et mandat ad pena(m) duaru(m) libraru(m) ne recedat
donec creditori satisfecerit, et al(ia)s si discesserit exequat(ur)
eteru(m) contra ipsu(m) ad pena(m) p(re)d(i)c(t)am et sorte(m) principalem cum
duplici executione: et si pignora h(ab)ere no(n) potuerit, uel
no(n) invenerit tale(m) principalem in carceribus ponat et retineat
usq(ue) adeo integre satisfecerit, et militi cu(m) bayulo sive
mandatario mediocriter credat et stet in p(re)d(ict)is. ¶ ite(m) teneatur
facere inquisitione(m) de armis de die et de nocte ¶ et de nocte
ad pena(m) unius ducati teneat perquirere terra(m) post sonum
campane, et aliqua(n)do perquirere extrahentes gratiam
et [illegible] comissionu(m) executionu(m) sibi a d(omi)no locum tenente

uel Potest. Prioribus, vexillifero, camerario, massarijs carentiarijs, officialibus m̄ani, murorū, aqductus, fontium custodū, syluarū, uel alijs officialibus requirat, & hēat cedulā & mandatū, quod in filza remittat, & mandata expedita in fine officij dnis sindicatoribus restituat. Alia uero mandata & cedulas nō executa & expedita in filza dnorū sindicorū restituat habentibus interesse uel militi successori pro simili dūtaxat cā. ¶ Muliebres uestes pro debitis virorū nō capiat pro pignore, boues* aratorios & eorū officinia instrā similiter nulli auferat nec cubile, oīa uero alia indistincte capiat. ¶ Associet[illegible] in diebus solemnibus festiuis dnos Priores unā cū alijs officialibus ad penā solidorū quadraginta uice qualibet, & in cunctis se bene animose gerat, & oīa pmissa & alia faciat q̄ suo incumbūt officio, & que hactenus iuste consuetū est facere. et in fine officij sindicatui pareat, & de familia singlo mense monstrā faciat & reddat officialib[illegible] deputatis pena decem librarū uice qualibet cōtrafaciēdo, sententiasq; capitales exequat & ad mortē damnandos uel fustigandos, mitriandos, bullandos & alias penas passuros ad loca iustitie deputatū ducat, Iustitiā per ministrū Iustitie administrādo, que Ministrū forensem pau

*Vide Lib. Civil. Rubr. 62.

pervimus sine arte et vagabundum eligat, et expediri faciat
de suo dato eidem salario consueto per Camerarium Camer,
et nulla tenus Gualdenses ad predicta cogi possit sub pena
contrafacientibus quinquaginta ducatorum auri:

Correctiones Dm̄i de Monti

Sub rubrica de officio militis statuit, ut aperiens hostium si-
gillatum per militem pena unius floreni puniat. Placeat
dictam penam reducere ad solidos viginti: Placet de medio flor.
Sub eadem rubrica statuit ut miles si ei petenti non det pi-
gnus possit cum bayulo domum ingredi et pignora capere.
inhonestum est. Placeat statuere ut miles sub pena decem
librarum non ingrediatur pro pignoribus faciendis in alia
causa quam criminali sed bayulo intromittat qui pignora
capiat.. Placet nisi bayulo deneget, quo casu stet statutum.

Correctio Dm̄i de Saluiatis

Pro vanas exactiones extirpando que plerumque per executores
fiunt ordinamus solum militem et alios officiales exequentes
a debitoribus exigere non posse nisi unicam eorum mercedem
pro quolibet debito, satisfacto tamen prius creditori secundum
formam statutorum executoris mercede limitatam Concedimus
unicam mercedem exigi, nisi debitor fuerit a creditore licen-
tiatus verbo aut in scriptis. et quo ad summam dicte mer-

cedis mandamus observari consuetudines hucusque per alios antecessores observatas: Jo: Car.lis de salviatis:

De officio Notarii Maleficiorum R. 25.

Notarium maleficiorum decernimus per dominum locumtenentem vel Potestatem dumtaxat expertum et praticum, qui teneat processus maleficiorum inceptos per predecessores et non finitos prosequi et finire, et si ob carentiam testium vel aliud defectum finiri non potest pronuntiet causam quare non finitur et stet sic, et prosequatur donec dominus locumtenens vel Potestas una cum Prioribus decreverit in ista ex causa abolendum: Alios vero processus prosequatur usque ad sententiam inclusive. Alios vero per se incipiendos et per dominum locumtenentem vel Potestatem dominum suum formet, et proponat in bastardello: et si per inquisitionem procedat exhita verificatione per unum testem per informationem cum in libro magno ponat nomen ~~plusque~~ inquisitionem plusque testis probaverint in actis. Et demum si causa inquisitionis est pecuniaria et inquisitus sit solvendo mittat eum citari per nuntium ad primam ad respondendum inquisitioni contra eum formatae prout in actis maleficiorum, et eo comparente lecta sibi inquisitione vulgari sermone respondeat data cautione de stando iuri et si petitando [...] respondeat affirmative

vel negative, et terminus assignet ut infra in l° maleficio
ru, si aut no compareret mittat eu citari per mandata,
viu cu cedula continenti tenore ad secu'da; et si compareret
ad mittat ad responsione et alia ut infra in libro malefi,
ciorum. Si aut no compareret banniat et ex post et proce
dat prout in l° maleficiorum. Si aut ca Inquisitionis est
capitalis vel mutilationis membroru hita informatione
cum per unu teste oi exceptione maiore personaliter
capiat et in carceribus sit suu dicat, et si se Innocentem
probaverit humane al relaxet sub cautione arbitrio
iudicantis attenta qualitate persone de se pñtado a
et demu ca expediat ut iuris; si aut culpabiles re,
periat puniat secundu forma statutoru et servent
termini de quibus in l° maleficioru. Si aut talis inqui
situs fuga arripuerit citet p.a vice secu'da cu
cedula continenti tenore, demu banniat, ut infra in l°
maleficioru et condemnet post modu ut iuris fuerit. In
accusationibus et denunciationibus procedat ad citatio,
nes et alia omnia ut s. et informationes heant pro pre
sentes cum in causis corporalibus et mixtis: et
notarius p.tus faciat bastardellu in quo scribat omnes
informationes cum, quas in l° magno processu ponet

citata apponat dli causę disputant et testibus pro infor-
matione cuiusq. litis repetant parte citata in libro magno et
deleant de bastardello, et contra contumaces similiter ponan-
tur in libro, ut processus iustificati semper appareant alias
processus sit nulli et nullius roboris: et copię omnium Inquisi-
tionum, denunciationum et accusationum dent ante secundam
missam cedula conformes camerario Camerę. Insuper idem
Notarius maleficiorum reffirmari faciat omnes treguas factas
tempore predecessoris sui, et in libro treguarum ponat per
extensum aliasq. treguas faciendas tempore suo solicitet
fieri quandocumque acciderit aliquos rixasse adinvicem, aut
verba minatoria fuerint prolata, aut quando de aliquo
scandalo vereret, sitq. solicitus ad penam quinquaginta
ducatorum, si neglexerit, et aliquo modo non describserit, citaverit, coe-
gerit et publicaverit instrumentum undiq. si principales illi
non possunt ad cavendum consanguinei et proximiores affi-
nes usq. in tertium gradum de iure canonico cogantur de facto
ut infra latius de Tregua et pace dicetur. Recipiatq. quidem Notarius
pro responsione cum fideiussione bononenos duos, pro cautio-
ne de non offendendo bononenos duos, pro examine testium
bononenum unum pro quolibet teste. et bononenum unum in omnibus
aliis comparitionibus, ut equalibet et bononenum unum pro
qualibet facie cartę in copiis dandis: libra qz treguarum

Maleficiorum quod bastardella Camerario restituat publicatas sententias quod maleficiorum omni mense semel ad minus ad li-
brum camere camerarii in membranis ponat a tato procuratori
fiscali ad concordandum dictas sententias cum sententiis que rema-
nent in libro penes dominum Potestatem sive locumtenentem et Can-
nar muri et quantitates pecuniarum intus per extensum
et figuras litterarum ponat, extra vero ponat summam cor-
perabatum sive figuras arimeticas. Teneatur quod idem
Notarius maleficiorum ad petitionem ... ad exe-
quendum sine aliqua solutione accedere, et associet
in diebus festivis duos Priores ad solemnes missas
una cum aliis et et sindicos castrorum et villarum singulis
duobus mensibus in introitu novorum Priorum fieri et
iurari faciat. Contrafacientes vero in aliquo predictorum
ultra premissa in libris decem ... puniatur et rogare
et non possit de eis que fiunt contra suum officium et
sindicatui una cum aliis in fine officii stet et omnino pareat.

Correctio Domini de Monte

Sub rubrica de officio Notarii maleficiorum statuimus ut notarius pro rogitu
tantum exigat bononenos duos pro responsione cum fideiussio-
ne bonon. duos. Placeat statuere ut hec et alia impendia
ut cassationes processibus innocenti comperto restituant per

officialē si ex offō uel per querelantem, denuntiantē uel ac-
cusantem si per querelā, denuntiā uel accusā processū sit.
Et nihil? unū tm̄ et nō duos exigat bononen. iuxta morem.
Placet in reperto Innocentii et q regali nō exigatur ultra
bononen n. unū cū dimidio.

De officio extraordinarij et famulorū
Potatis R. 26.

Officiales extraordinariorū et famuli dn̄i locutenentis ul
Potatis ducant experti. Ad curq3 officialis sit solicitum
stratas mundari faciendo, aqueductu' et fontes politos, pur-
gatos retineri faciendo, et illesos a dolib3 carnificibus, pisce-
uendolis, panifacultis, pili carolib. salarijs, tabernarijs,
cauponibus et molendinarijs insistendo, mensuras pon-
der adequando una cū famulo priorū bullando, vias
extra terra dilatari et manutenen, et eslimitates castoli
dirizi faciendo, et multa alia faciendo que sunt sui
officij prout infra in libro extraordinariorū. Pareatq3
dnis Prioribus in cunctis honestis sui officij, eosq3 in diui-
nis associet, cū milite uadat, et exequat nulla parte
executionis bita. Blassfematores, lusoresq3 insequatur
et alia faciat ad quae tenet et consuetū est per eum fieri
pena uiginti solidorū uice qualibet si iniuste aliquem pigno

rauerit, famuli quoq[ue] d[omi]ni Locumtenentis uel Potestatis sint bene armati associent Militem cu[m] armis hastatis et militi pareant exequendo, capiendo, pignorando, torquendo et alia faciendo. que eoru[m] incumbunt officio et qualdenu[m] conuersatione no[n] habeant.

¶ De officio Notarioru[m] Massarioru[m]

R[ubrica] 27.

Insaculentur et extrahantur Massarij et notarij tres anno quolibet, sintq[ue] notarij matriculati et approbati in collegio notarioru[m], nec sint clerici uel religiosi, qui diuinis et no[n] secularibus negotijs se h[abe]nt intromittere, libros q[ue] massarioru[m] in fine eoru[m] officij publicandos, introitus et exitus bene teneat, in cunctisq[ue] solutionibus et receptionibus massarij intersit, et easde[m] in l[ibr]o ad introitu[m] et exitu[m] ponat ut recipient et soluet, Bullectas q[ue] d[omi]nor[um] Prioru[m] et Regulatoru[m] sigillatas hiltas infilza reddidas et in libris registratas lucient aute[m] pro eoru[m] salario bononenos sexdecim pro quolibet bimestri prout de officio massarioru[m], inuentusq[ue] in manibus caus. debine administrando suu[m] officiu[m], et contrafaciens incurrat pena[m] centu[m] solidoru[m] uice qualibet.

30v

liber

De officio consilii generalis

Ru. 28.

Statuimus generale consiliu fieri et imbussulari singulis tribus annis et constare ex numero quadraginta octo et duodeci consiliariis secretis et quattuor Regulatoribus et decem camerarii artium possint esse de eode numero generalis consilii, qui sint pro una parte cives et pro alia Rustici, et simili alia officia distribuant, ut ci-ues pro una parte adsint, et pro alia parte adsint Rustici, habeatque dictu consiliu tanta auctem, quanta habet totus populus Gualdi: quod consiliu conuocetur prima dominica introitus offitii quorumlibet dominorum priorum et aliis uicibus prout res et negocia exigent et erit necesse adhibita tamen prius licentia domini locumtenentis uel potestatis locu sacrosante Romanae ecclesiae obtinentis. nil que in dicto consilio propo-nere audeant uel possint nisi de licentia expressa dicti domini locumtenentis uel potestatis qui nihil[?] personaliter habeant interesse et aliis facta et obtenta in dicto consilio nullatenus ualeant. et primitus antequam aliquid ponatur in dicto consilio, ponatur in secreto coram dominis Prioribus et Regulatoribus qui

Vide huius eiusdem Libri Rubricam [illegible].

corrigere et revidere habeant preponenda, et correcta
per eos postmodum per Cancellarium comunis alta voce in
generali consilio legantur: et super qualibet prepo-
sita prius factis arrengationibus in loco solito
mittatur ad partitum ad bussulas et palluctas,
et obtineat affermative qui duas partes de tri-
bus palluctis seu vocibus obtinuerit. et si minus
fuerint partitum intelligatur deperditum. et
si quando res exiget et necesse fuerit com. rem
aliquam vincere et per aliquam garam sive secta
non valuerit vincere, sit in arbitrio domini locum
tenentis, vel Potestatis mittere partitum ad bussu-
las et palluctas, valeat partitum et victum intelli-
gatur per maiorem partem, dummodo una faba
seu pallucta excedat aliam partem negativam; in

Que non possint pro-
poni in Consilio.

dicto quoque consilio nil valeat preponi quod sit di-
recte vel indirecte contra statum sacrosancte Ro-
mane ecclesie vel R.mi D.ni aut Gubernatoris
Gualdi; aut aliquod aliud quod turbaret pa-
cificum vivere Gualdi sub pena rebellionis et

confiscationis omnium bonorum, conuocetur qz dictum consilium factis prius debitis bannimentis per loca so-lita et pulsata campana, ac uocatis consiliarijs ut moris est, et si omnes sexaginta consiliarij no(n) affuerunt illi qui non uenerint s(ecundu)m debita(m) requisitione(m) per Canc(ellariu)m co(mmun)is mulctentur in pena unius caroleni et in libro co(mmun)is ponantur et fiat executio de f(a)c(t)o, et pene ipse co(n)uertantur in fabrica Palatij co(mmun)is siue Prioru(m), et nihil(omin)us sufficiant quadraginta consiliarij ad o(mn)ia negotia peragendum et tanta(m) auctoritatem h(ab)eant ac si omnes consiliarij, Camerarij, Regulatores, et consiliarij secreti conuenirent, sintqz Viri discreti et in consilio togati siue cu(m) pallio, siue cappa colorata compareant et uoces no(n) emittere sed sapienter se gerant ac pacifice cu(m) Dei auxilio ad honorem summi Dei, S(anct)ae matris Ecclesie et R(everendissi)mi D(omi)ni, ac communis Gualdi.

Pena contra Consiliarios se non conferentes ad Consilium.

Quales debeant esse Consiliarii.

Correctiones R(everendissi)mi de Monte

Sub ru(bri)ca de officio consilij g(e)n(er)alis statuit q(uod) partitu(m) intelligatur deperditu(m) si per duas partes ex tribus no(n) erit obtentu(m) secu(n)du(m) leges et uetus statutu(m) q(uo)d maior pars

statuisset et obtineat. Placeat statuere quod et maior pars
presentium in consilio fecerit hoc ratum sit dummodo pars
maior minorem excedat saltem per fabas septem. Pla-
cet si due partes consilii sint presentes alii liberi et semel
statutum presens:

S ub eadem Rubrica statuit ut Priores sine licentia locumte-
nentis vel potestatis consilium congregare non possint.
Placeat statutum abrogari et decerneri ut locumtenens
vel Potestas consilio possit si vult adesse, sed necessitat
in Sibere non valeat: Placet nisi sex maiori causa alii
videbit. locumtenentem eum non sit sine presentia alicuius
ex ipsis si volunt interesse quod eis designificet nisi
quando contra eos fieret ut habeatur recursus ad
superiorem quo casu impediri non valeat.

De Bussulo et novo scrutinio faciendo

Rubrica 2

S tatuimus quolibet triennio in fine eiusdem per octo dies
ante finem finito bussulo Regiminis fieri debere
novum Bussulum Regiminis hoc modo videlicet
quod Priores pro tempore tunc existentes fieri faciant
generale consilium. In quo preponant Bussulum re-

giminis finitum et renouari debere pro tempore futuro
tet in eodem consilio eligantur quattuor homines pro
qualibet porta duo ciues et duo Rustici, qui habeant
homines eiusdem suę portę congregare et taglione
et listam hominum noui Regiminis de consensu suarū
portarū facere et cum dictis listis coram dominis
Prioribus et vexillifero comparere, et habito collo,
quio cum domino Locumtenente sive Potestate, si
ue superiore si opus fuerit nouum regimen et
Bussulum secreto faciant et pallucctas et bassula
faciant et componant vexilliferos, Priores, Rega,
latores, consilium secretum, camerarios artium
sindicatores, Notarios catasti, Notarios sindica,
torum, Massarios, et Notarios Massariorum, officia,
les guardiæ, sindicos Montium, Sensales et omnes
alios officiales fieri solitos annotando, pallucctan,
do, discernendo, et associando ut conuenit, loca
et officia secundum qualitatem personarum discre
te assignando, remotis abeis ira, prece, odio et
omni humana gratia: Et antequam incipiant

palluctare, missam solemnem audiant, et re
cepto iuramento in manibus domini locumtenentis
sive Potestatis de novo Regimine bene et discre
te faciendo, dicti domini Priores, vexillifer
et homines electi sese in loco secreto palatij
dominorum Priorum claudant et non exeant
donec bussulum et novum Regimen pacifice et
quiete perfecerint, et si non fuerit concordes
adsibeant secum dominum locumtenentem vel
Potestatem et secundum eorum discretionem
novum bussulum et Regimen faciant si placuerit,
alias si hec non sufficiant mittantur tagliones
hominum ad superiorem et secundum quod superior
disposuerit imbussulentur, dictumque bussulum et
Regimen pro triennio et minori tempore faciant
prout videbitur expedire, Homina que imbussula
eorum non pandantur, et contrafacientes senten
tiam excomunicationis incurrant, et pena viginti
quinque ducatorum nihilominus mulctentur

Vide officio Camerariorum Rubrica 19. 30.

Ite statuimus Camerarios Artiu extractos ex bussulo pro semestri sm officij eoru officiu bene et discrete gerat in consilijs peragendis cois comunicat et voce eoru heant, singulisq3 festiuitatib3 sti Antoni de mense Januarij et de mense Maij ac eciā sti Stefani, sti Donati, ste Catherine luminaria artiu fieri faciant annotādo oēs et singlos de eoru arte ac euocando alta voce et nō uenientes cu luie sciētia hedt mādacādi de facto us q3 ad sumam duoru carolenoru, sicmoliq3 mō in alijs festiuitatibus et processionibus in eccis et locis solitis et consuetis sm consuetudinem Jeru hactenus obseruatā luminaria fieri faciāt. et insuper capla artiu propria obseruari faciat et maddet et pro luminarijs faciedis grauamina pr̄nant artibus artiu q̄ualitate unius q3 pensata ut eis videbitur et ab oibus de nouo artes facientib3 Camer. proprie artis exigat in principio quo cepit artē facer florenū unum pro luminarijs cereis et alijs negocijs peragendis in dcā arte. et si ipsi Camerarij negligentes fuerint in exequendo p̄missa incidant in pena unius floreni qualibet vice. et in iudicijs peragendis eisdē camerarijs pareat et assistat miles. Notarius maleficiorum extraordinarius et famila dni locutenentib3 sive potestatis sm artis exigentiā pena unius flor. p̄ quoq. contrafaciente.

Tt° de offo sindicatoris Montiu et syluar. sive rancatoris. Rub. 31.

Statuimus sindicos et exactores mōtiu grani et fructuu recolligē

locum in rebus cois extrahant tempore eorum extractionis hito
iur.to in forma ab officialibus montis pietatis et societatis corporis
christi habeant granum recollectum ubique in bonis cois solicite
exiger, et in manibus officialium montis pietatis tradere
et reponere in pu.co monte cois sm eam mensuram, qua exacti
fuerint a privatis: qd granum ad alium locum portare no faciant
nisi ad granarium motis pietatis, et in nota describat laborato
res bonorum et bna cois laborata, acquitate g.ni ai singulis exac
tam pesatam et taxatam, quam notam officialibus montis pdti tradat
et similiter fiat de alijs fructibus in bonis cois et camera
recollectis, habeantque salarium solitum et consuetum et per
subsequenta no servant, et data necessitate sive impotentia
eligat alter eque idoneus per homines dictae societatis:

De tubianis officio R. 32

Tubiani conducantur per camerarium camere singulo anno duo et bene ser
viant, confirmentque bannimenta pu.ca de m.to dni locumtenentis uel Potestatis
dnorum Priorum uel aliorum officialium sm com.nem faciat dummodo no
sint contra sedem ap.cam et R.mos dnum suos gubernatores et civitatem
Gualdi et dummodo honesta, iusta et pro bono Regimine terrae fiat, sint as
maleficiorum, damnorum datorum et extraordinariorum faciendo, bannimenta
privatorum honesta quae neminem ledat, sed ad notificationem uel conserva
tionem iurium uel pro reperiendis rebus amissis sive deperditis fiant.
Alia uero bannimenta gravia no fiat sine licentia dni locumtenentis uel potestatis
cons.is faciendam, exactiones camerae et cois et omnia alia necess.a et consueta

34v

banniat, ut moris est. Item unum ubicinum qui semper cum Potestate et duos Priores associet, et eis pareat, ut superius est statutum. Salariumque a Camera carolenos octo singulo mense recipiat, pro quolibet tubicina, et a privatis pro quolibet banno unum bononenum, et pro quolibet pignore banniendo bon. m. et alias secundum consuetudinem hactenus observatam.

Additio Reverendissimi de Monte

Sub rubrica de officio tubicinum. Placeat addere statutum vetus omissum ut Tubicines Confalonerium ad palatium et ad domum venire et redeuntem comitare debeant sub pena privationis officii. Placet sub pena unius floreni.

De officio sensariorum. Rubrica 33.

Statuimus sensarios communis creari quattuor singulo anno, duos cives et duos Rusticos, qui carnes, grassias et omnia alia vendenda ad usum hominum et ad emere ospitium, sive modium vendendi qualificatum et taxatum secundum temporis qualitatem, et rei exigentia, ad utilitatem privatorum et emptorum nihilque sub pena viginti quinque librarum pro sensaria recipiant, sed amore publico circa officium exerceant, sintque circumspecti, discreti et honesti.

Liber secundus super Civilibus

De Judicijs sumarijs R. i.

Ne causae in longum trahantur frivolis exceptionibus ac dila-
tationibus lamient. Decernimus convenctos ex causis et
rebus mercantiarum, Artium, operarum, conductorum, affictuum
et responsionis fructuum summarie exigi sola facti ve-
ritate inspecta etiam sine scriptis. Et simili modo debi-
tores ecclesiarum, piorum locorum, pupillorum, viduarum, fo-
rensium, pauperum et miserabilium personarum cuiuscumque
sint qualitatis et conditionis, reiectis dolosis, frivolis,
et cavillosis exceptionibus et ordine et scala iudiciaria, omni
hora et omni tempore praeter ferias in honorem Dei arbitrio domini
Locumtenentis vel Potestatis et militis coram quibus causae
agitabuntur, qui non attendant formulas libellorum et petitio-
num, sed veritatem intueantur ex probationibus coram se factis
et secundum probata iudicent et determinent etiam si probatio-
nes petitioni et libello non conformentur, ipsasque causas assi-
gnatis prius duobus vel tribus brevibus terminis arbitrio
iudicantis terminent et expediant brevi manu mediante ex-
cusatione statim veritate habita fienda, remotis frivolis ap-
pellationibus et exceptionibus dilatorijs et alijs frivolis
allegandis non obstantibus. Et inter quascumque personas et

In veritate
vide [illegible]
Ced. decis. [illegible] n. 21.

dinites usqz ad suma quinquaginta librarũ uel extimatio,
nẽ similem ius summariũ reddat modo premisso. Et contra
contumaces in p.ª uel in sec.ª citatione pro penis fiat executio
realis quæ remittat contumaci comparenti et expensas re,
ficienti:

De modo et ordine citandi ad iudicia. R.c. 4

Statuimus in sumarijs causis citationes remitti et uerbo fieri
per mandatarios et baiulos publicos et iuratos. et si domi relatũ
fuerit ee citationem factam pro sequenti die et hora iuridica in,
telligat facta. et si personali relatũ fuerit reu, uel actore aut
eorũ procuratores uel quoscumqz alios citatos uel apprehensos
et pro ea hora qua relatũ fuerit intelligat facta et ius red,
dat. Notarius qz causa actuarius comissionẽ et relationem
apponat fideliter in libro actorũ et plena adhibeat fides ac si
mandatarius cũ cedula continente tenorẽ citasset. Et hoc
locũ habeat in Terra Gualdi et eius districtu. et inter subiec,
tos iurisdictioni Gualdi, et sui locumtenentis uel Potestatis
et simili modo fiant citationes et relationes corã arbitris
et in causis damnorũ datorũ et extraordinariorũ et in oibus
causis quæ Gualdi agitabunt corã ordinarijs Gualdi, et
hoc locũ habeat in sumarijs et arbitrarijs causis, In ordina,
rijs uero prima citatio fiat cũ tenore libelli, Reliquæ uero
citationes fiant ut supra. et aliter nõ grauentur in ce,
dularũ missione:

De libellis et causis ordinarijs et co
tumacijs no' comparentiu R.

Causas ordinarias et libellarias illas recipi uolumus et ma
damus quas actor uel reus aut alter ipsoru no' petie
rit compromitti, et de eis no' liquet per pu.ca liquida et
executiua instra. et que sumam quinquaginta librarum
excedunt: in quibus una die pro alia personaliter
aut domi citationes cu comissione et cedularu tenore
dimissio fiat prima uice et demu uerbo ut superius in
causis sumarijs ordinatu existit: et si reus p.a uice con
tumax fuerit, et no' comparuerit citet. sec.a uice una die
pro alia domi uel personalr uerbo, et si contumaciter
no' uenerit tertio ut supra una die pro alia requiratur
ad litem confessandu, fitendu uel negandu et de iur
respondendu cu cominatione q si no' comparuerit habe
bitur pro uero contumace, et libellus productus et oia
in eo contenta pro confessatis, et si no' comparuerit et in
eade contumacia perseuerauerit, Iudex cause ex offo
liqueri sumatim in abntia rei faciat. et liquidatione
fca quarta uice una die pro alia ut supra requiratur
et citet ad uidendu tradi tenuta et possessione pro petitis
ta realib. qz personalibus et in contumacia tradat
et consignet ad libitu actoris ter.no reo assignato quat
tuor mensiu ad reluendu et no' ultra. Et simili modo actor

De tenuta, et termino ad reluendum

ad reluendu assignaz. 4.or mensiu

requirat si causa incepta deseruerit, et ult^a mict imponatur silentium si in termino quattuor mensium causa no' prosecutus fuerit ut incepit. et si post prima' contumaciam comparuerit in aliquo ex dictis terminis et temporibus assignatis. refectis expensis actualiter ... Judicantis taxatis audiat, a capite et admittat recordo iuris et statutorum p'n'u' exigit, et in primordio Actor no' admittat nisi expresse iurauerit in manibus ... Judicantis no' calumniose agere et peter, et nihilominus in principio causę libellus cora' iusredden... quolibet et super eo procedat ut iuris fuerit.

¶ De exceptionibus et Replicationibus R. 4.

Quoniam multotiens contingit Reos aufugere et multiplicibus friuolis, cauillosis et dilatoriis exceptionibus Actores fatigant. Statuimus porrecto libello infra tres dies currentes Reum suas exceptiones deber' opponer' contra libellum casq; in mediu' proposuisse una' cu' litis contestatione expresse affirmatiue uel negatiue factas, ad quas exceptiones no' admittat Reus nisi p^o iurauerit in manibus iudicantis no' calumniose excepisse, contra quas exceptiones si Actor uoluerit sequenti die post exceptiones exhibitas replicationes producat. et Reus alio' sequenti die post triplicationes. et ulterius no' audiantur et admittant' nisi fuerit exceptio peremptoria iudicij

quæ de sui natura impediret litis ingressu et cetera
incontinenti siue infra biduum summarie probari liquido
possit: et alijs statuti præmissis no obstantibus. Reservatis
exceptionibus discutiendis in fine causæ. Iusdicens terminu
octo dieru pro prima dilatatione utrique parti ad probandu
incumbentia statuat et causa ad finem deducat et iuridice
determinet præmissis no obstantibus.

De litis contestatione R. 5.

Statuimus litem haberi pro contestata ex producto
absque eo q expresse contestet, et iudicantes teneri seruanu
partibus statuer et deueniri ad probationes exceptiones
replicationes, triplicationes et alijs no obstantibus in
causis ordinarijs: tresque tantu terminos octo dierum
in causa ad probandu partibus præfigat et no ultra,
nisi causa iuste absentiæ testiu subeat q maiores requirat.

De Confessis R. 6.

Statuimus confessiones puras recipi et confessis quoque terminu
assignari pro modo quantitatis debiti ad soluendu dandum et tradendu secundu quantitatem reru et qualitatem
personaru arbitrio iusdicentis no tamen præfigat in breui
summa et re. terminus minor decem dieru et in maioribus
unius mensis et no ultra.

R. De Probationibus R. 7.

Cum saepe ad probandum articuli per Actores et Reos producan-
tur et necessario exigant partium principalium responsiones
Statuimus Jusdicentem coger partes ad respondendum explica-
te per verbum credit vel non credit et cessantes responder
moneri sub pena confessi ad respondendum et alias si non
responderint pro confessatis habeant et articulos impli-
citos non admittat ex super eis nullam fieri responsionem
mandet: et quoniam contingit multotiens mulieres et rusticos
vel alios ignorantes cogi ad respondendum. Volumus Jus-
dicentem cuncta rimari et pauperibus sive ignaris sub-
venire in responsionibus et audire sive implicatis articu-
lis ut eis videbit expedire: quibus responsionibus factis
probationes recipiat ut Jus et presens statutum exi-
gunt et requirunt:

R. De Testibus R. 8.

Cum summa ius et substantia causarum in testibus consistat
Decernimus testes examinandos examinari debere
citatos et compulsos omni exceptione maiores adhibito
iure iuramento et monitionibus debitis factis a Jusdicen-
te et examinante qui actus dei palloris animosita-
tis vel alios actus suspectos describi in examine fa-
ciat ut viderit expedire per extensum eorum dicta et
attestationes poni faciat ea super articulis quibus

fol. 128 lib. malef. Rub. 48

super interrogatoriis proponendis et in cunctis examinibus adiuerat testationes et suo mero officio in hiis que viderit expedire interroget. Et falsarios compertos subito capi et detrudi faciat puniendos ut in sta in libro malefitiorum et dicta testium non publicata nullatenus pandantur et partibus tradantur sub falsi pena.

De Instrumentorum fide Rub. 9.

Cum instra ad perpetuam probationem et memoriam fiat, statuimus eisdem instris fidem adhiberi quae manu pu. not. de eis rogati confecta et scripta fuerit ac publicata et pu. signo et cum debito numero testium a Jure requisito et quae non cassa non abolita nec in aliqua sui parte vitiata et suspecta esse apparuerit, et quod usurariam pravitatem tacite vel expresse non continuerit, que non sit contra statum sacrosanctae Romanae ecclesiae et quod in se contrarietatem et repugnantiam non habuerit, et quod per testes legitime examinatos reprobata non fuerit, que omnia Jus redderet inutile. Et quia hactenus instra venditionum alienationum, donationum testamentorum, locationum, collationum, dationis in solutum et aliorum instrumentorum terrarum, vinearum, pratorum, olivectorum, agrorum, cannapinarum et aliorum locorum consueverant per Notarios rogari et

fieri cu annotatione certoru finiu absq certa quantitate
mensur et materia et mutatione finiu litigadi quotti-
die occurrat ad obuiandu predictis. De terminus in futur
oes et singlos notarios rogatos de similibus instrumentis
Vid. Rub. 6. Lib. 1.
inter quascunq personas debere in instris pmissis
apposuisse certu et determinatu numeru terraru vi-
nearum, pratoru et alioru locoru uz una petiu terre
vinea, campi, oliueti, prati tot sminaru vel modiolo
stadioru uel tabularu et alr fca dca instra sit nullius
ualoris et presumantur falsa et falso fabricata, et
notarius conficientibus similia instra nulla fides ad-
hibeatur et oia eius instra sit suspecta et no valeant

Correctio D. de Monte

Vid. Correctionem similem post Rub. 6. Lib. 2.
Sub rubrica de fide instrumentoru statuit ut notarius co-
ficiens instra alienationu nd expressa rei mensura
fide careat oibus suis instris hoc statutu placeat abro-
gare. Placet, sed puniat pena xxv libraz Notarius

De executione instroz Rx

Ea instra que liquida, pura et sine conditione Jus dicenti
producta fuerint exequenda, statim post sex dies a
die productionis eiusdem instri, Jus dicens exequi man-
det si in termino sex dieru predcoz ille contra quem
instrum produat no opposuerit exceptionem falsitatis

uel doli, nouæ conuenctionis uel usurariæ prauitatis aut solutionis. et in eodem ter.no sex dieru probauerit exceptionem oppositã, ad quas no admittatur nisi facto actuali deposito rei uel quantitatis uel extimationis petitæ.

Additio Rme de Monte

ne. bigios, alurros, rubeos, giallos, miscatos et diuersi
coloris ranciatos et oium coloru, quoru pani nigri leonati
ac alurri sint prius tinti in lana et guado bono et
salte nigri et lan in robbia. scilꝫ qꝫ postar et
texant in cannis quattuor uident stag bene uel male
ualeati no trahat minus qꝫ brachia quadraginta unu
23. aut brachia qdraginta quattuor postqꝫ fuerint bene
balneat et cimati, pena quinquaginta libraꝫ contrafacientibꝫ

Alij uero panni stricti sint postaru et trahant brac chia ad minus post qz fuerint ualcati balneati et cimati sint qz bone lane matricine et lanaru pelataru uel mor- ticinaru, sub pena L ta librarum Cam. Dni Car.lis Camerario artis p.te et officiali equis porrionibus applican.

l Item Statuimus ut oes panni plus bene signo cois Gualdi in capite et pretiu cuilibet pano uendendo imponat per dnos Priores cois una cu Camer. artis uel eu maiori parte capitu et magrorum artis et alt uendi Gualdi no possit sub pena librarum uiginti applican. ut s.

l Item qz panni plus uendi no possit nec ualeat ad credentia qz ad contantis et als sit usura et usurarie uendita.

l Item qz de rebus dicte artis fiat Judicium sumariu et exactio sine strepitu et figura iudi. et sine sen.tia per milite et offiles absqz aliquis solemnitatibus iuris usqz ad anos quattuore no ultra.

l Item ut panni forenses nisi florentini, Veneti, Senenses Veronenses, Stametti, fioreck intra terra Gualdi uel di- strictus portent ad uendendum sub pena L ta lib. applican. ut s.

l Item Statuimus ut nemo panos bizzesitos faciat uel fieri mandet nisi p.o lana ostenderit camer. artis et ab eo licentia obtinuerit qua denegari no possit, cessante su- spitione fraudis et als pena x. lib. multetur uice qualibet.

Capla

It(em) ut Texitores, Battelani, Scamat(ores), pecchinat(ores) no(n) coga(n)tur pro eoru(m) sal(ari)o recuper(are) pannu(m) sed soluat(ur) in pec(uni)a nu(m)erata.

It(em) ut pa(n)ni a boleo, butiro et alijs immu(n)dicijs bene purge(n)tur al(ite)r(?) teneant ad damna et interesse partib(us) sub pena librarum .L. qualibet uice.

It(em) ut nemo audeat pannos de tiratorijs uel alii(n)de d(e) purgo uel aliq(u)o alio loco etia(m) de apotecis subtraher(e) sub pena manus et librarum cente(m), nec audeat franger(e), perforar(e) uel spurca(m) in eos proijcer(e) uel aliq(u)id co(n)uitiu(m) imitter(e) sub penis predictis.

It(em) ut filatrices o(mn)es teneant filar(e) soluta eis co(m)pete(n)ti mer(ce)de al(ite)r qualibet uice solidoru(m) .20. mulcte(n)t(ur) (et) f(?) si i(n)ga(n)n(?)

It(em) furantes lana(m) aut subtrahentes fustigent(ur) per platea(m) co(mun)is ad m(an)dat(um) mercatoris artis etia(m) pro p(ri)mo furto.

It(em) ut o(mn)es de arte congregent(ur) o(mn)i mense in p(rim)a d(omi)nica mensis cora(m) d(omi)nis Priorib(us) co(mun)is a d(omi)n(o) Camer(ario) supradicta arte et curet o(mn)i(no) ut ars lane et panoru(m) subtilius quottidie fiat et perficiatur et si aliquis artifex fuerit qui arte(m) ipsam deuastaret aut falsificaret no(n) laborando lanas co(n) decentes, aut male tessendo pungan(do) ualcan(do) aut aliter male agen(do) cassetur de matricula et expellat(ur), et nullo mo(do) sub pena ce(n)tu(m) ducat(orum) ualeat arte(m) facer(e), nisi reintegratus fuerit iusta decreta per h(omin)es artis et ide(m) fiat male uiuentib(us) rixantib(us) et male agentibus.

L Et ut deus arte ipam excrescere faciat, statuimus diebus festiuis prohibitis nō laborent, ne capeniantur apotece sub pena statutorū de materia loquentium.

L Et statuimus, ꝙ magri seu caput apotece siue traffici nō recipiant laborantes in eorū arte, qui sit maleficii & scandalosi vel cōdemnati aut suspecti de aliquo maleficio comisso vel committendo, vel qui de nocte vagabundi sepius per terram eant, cantando, sonando, ballando & inhonesta faciendo, vel qui alias reannet maliuolentias alis magri exercendo vel pietandum de delictis committendis & comissis teneant pro laborantibus cuiuscumque sit generis laborantium tam battelani quam scamatores, pettinatores, textores, fullones, pistores, tintores & alios siue exercentes, & pro penis per ipos laborantes incursis exigant si alis probabit vel probatum fuerit dictos laborantes vel aliquem ipsorum aliquod maleficium commisisse vel alis cōdemnatum, & caueant sibi magri in recipiendo laborantibus eorum necessario.

L Et statuimus ut de rebus artis venditis nō fiat alternatum cessiones bonorum quinquennales, nec etiam moratorie dilationes et sic nō teneat nec valeat in futurum quoquomodo nisi debitor primo morosus vel moratoria obtinuerit nudus coram maioribus artis veniam publice petierit.

L Et statuimus ut Artifices studeant pannos bene & recte facere, lanam bonam capando & laborando & filatum subtile

fieri facien. et legalr filan. tessendo tinger. ad qualit.
bonu uel rosa et oem alia terta vulea, gialla, celestem
uel alurra grigiar, facien. et bene ualcan. purgan. tirar.
et mando et oia alia facien. que faciunt et facer debet boni artifi-
ces, et si secus fiat pena lta solidoru uice qualibet pu-
niat qui deliquerit uel als negliges in pmissis fuerit.

I Et statuimus que Camer. artis una cu extraordo potatis
revideat Arte ca Battelanos qui tenentes, pectinatores
scardassenos, tintores, tiratores, purgatores, filatrices
culpabiles repertos puniat ad [illegible] eoru usque ad summam
unius flor., et magri delinquentes in uenden. uel als
falsifican. pannos pena [illegible] librarum puniat.

I Et statuimus pannos uendi no posse al alio braccio et
mensura que cu mensura cois uel adiustata cu ea, que
in palatio est posita ferrea in porta Canc. d prior. Qualr.

I Et statuimus ut magri bene soluat iux. co suetudine
oes artifices et filatrices iux. eoru exercitiu sine aliqua
retentione numoru. et uersa uice filatrices uel alij ar-
tifices in quocunque gne no repetat plusque solitu est
solui pena contrafacien. unius florem uice qualibet et
pannu pro mercede solui no posit nec ualeat nisi
a principio expsse sic couentu fuerit inter partes.

I Et ut mercatores qui crediti de lanis artificibus qual.

faciut bene tractent omnis eius sumariu reddat sine scriptis et no valeat alternatiue, nec moratz contra eos nisi forma supra expressa seruata et aliter no.

1 Item statuimus homines artis coadunatos in Palatio dnorz Prioru posse statuere ad artis utilitatem de mandato eiusdem d. locumtenentis vel potestatis ac dnoru Prioru ibidem assistentz et no aliter nec alio modo.

Capitula Aromatariorum

Statuimus ut omnes Aromatarij singulis in anno faciat Camerariu uiris Artis de semestri in semestre, et idem Camerarius iuris dictionem habeat inter homines de arte sua, et ocaxione rerum artis usque ad carolenos sex sumarie eis reddat, Milites qui officiales potestatis vel locumtenentis pro tempore tenedi omno.

1 Item statuimus ut libri Aromatarioru fidem habeant usque ad summam triu ducatoru dummodo libri sint cartulati et approbati per camerariu artis cum manu cancellarii communis et signo eiusdem.

1 Item statuimus ut omnes Aromatarij cum redierint a nundinis Racanati vel fulginei fieri faciant ante eoru apotecam publice monstra omnium rerum Aromatariarum delataru de dictis nundinis et portatarum a mercatore fide de pretio emptionis aromatariarum tam de zuccaro, cera, simplicibus, mixtis vel compositis et una cum Camerario artis et prioribus Gualdi pretium rebus imponant et

Sic vendat eno ali pena contrafacientibus unius ducati
ab officialibus dni locumtenentis vel potatis exigen.

Item statuimus ut oes partite medicinales subscribant manu
fisici als fide no faciant et post quattuor anos psumatur
fca solutio ob negligentia aromatariorum no petentium.

Item statuimus ut partite oes eoru librorum anteqz exigantur
taxent et revideant per peritos in arte et fisicu cois.

Item statuimus ut Camer. artis una cu extraordinario res
aromaticas revideri faciat singlo mense semestri et res
veteres eno bonas proijci faciat et mandet expena aro-
matarijs retinentib unius ducati exigat vice qlibet.

Item mulctent pena scta librarum Aromatarii qui in me-
delis absq fisici man. apposuerit unu pro alio aut
quid proquo et no fiat gra aliq. pmissis no obstantibus.

Item idem Camer. luminaria cosueta per hoies artis oes
fieri faciat convocado artifices ad lumen. lista et nuo
artificu evocan. ad lumen extraord. data et in festo
sacratiss. corporis chri. toru a deferant in honore sacra-
tiss. corporis. et als mulctent in solidis viginti.

Item statuimus hoies artib coadunatos in Pal. dnorum
priorum posse statuere ad artis utilitate de mand. sr. dni
locumtenentis vel potatis ac eorum notarii ibide assisten-
tiu eno aliv vel alio modo.

Item cofirmamus cedula eoru artis.

Capla de cerdonibus

Cerdones singlo semestri coadunati in Palatio dnor Prior
in eoru pntia et cu sciētu eoru eligat et faciat artis Camera
riu, qui tenr sumariu inter hoies artis et de rebus artis red
dat, miles qz in cunctis sue artis spectan parere et exequat ōino
Itē luminaria consueta euocan. Artifices oēs fieri faciat
et nota oium artificu euocatoru ueniendu ad lumen et
no ueniens extraord. tradat et no uenient ad luia
mulctetr i uno grosso singulis uicibz. Et in festo sacratiss.
corporis chri cu Toreia sacratiss. corpus xpi assouent
ut conuenit.
Itē dā cerdones oēs ascribant et sit de arte cerdonu immo
nullus audeat artē facere qui no sit arti pascriptus, et
oēs qui ante qui erus in conciā et calcinario cois extra portā
sti Martini conciauerit possit et ualeat conciare absqz aliq impe
dimento et repulsa. Ceteri uero qui in arte ipa sine conciano
fuerunt nolumus i ntri sine repulsa, dato massario et cam.
artis pro aconcamine dcē conciā primitus ante ingressu, sol
uat ducatos decē pro se et alijs de domo et oibz eoru descenden
tibus in infinitu et perpetuu, quibz solutis nullus ipe uel
sui descendentes ndmolestent uel repellant a Calcinario pdco
Itē statuimus ut calcinariu pdcum augeat ut oēs comode
conciare ibidem ualeant.
Itē Statuimus oēs cerdones uolentes ibidē conciare camera

debere bene et legaliter pelles conciare absque preiudicio et damno aliorum eiusdem artis conciandum et solvere damna ob suam culpam incursa per alios.

Item statuimus neminem admitti ad conciandum in dicta coria nisi inter camerarium vel alios de arte aut maiorem partem fuerit approbatus tanquam bonus artifex et conciator vel aliis per peritos in arte legitime probaverit coram priore artis Cameris se idoneum.

Item statuimus quod massarias [illegible] fieri debere que desunt, et facte et fiende manuteneri comuni impensa omnium artificum, que impensa a camerario imponatur et exigatur de facto.

Item statuimus quod artifices artis bene et legaliter artem facere et imperite aut negligenter [illegible] a camerario artis et contrafaciens mulctari in solidis xx [illegible] qualibet.

Item statuimus camerarium artis et [illegible] ordinarium comunis sive potestatis revisuros artifices et correcturos errores, mulctando errantes qualibet vice in pena solidorum xx.

Item statuimus ut non vendat coramen unum pro alio, sed vendat pro eo quod est et non det caballinas pro vitulino et montoninas pro cordusiano et sic fiat de aliis coraminibus vendendis.

Item scarpe fiant bene iudicio boni artificis et sic omnia alia calciamenta et vendantur precio imposito in capite anni per camerarium artis cum decreto et scitu domini prioris generalis qui una cum camerario artis in [illegible] anni qualitate preciorum moderent et nd

plus ne darent q[uod] uendat et in locis uicinis u[idelicet] fabriani, Nucerie
et Eugubij et si secus fiat mulctentur aliter uendentes et contra
facientes qualibet uice in pena unius floreni.

L[ege] Statuimus ut nemo forensis audeat portare coramen grossum
caballinum et equinum, solam uel romaniam et etiam uitulina si
ne solutam Camer[ario] artis nec et calciamenta quecumque
ad penam l[ibrarum] 5a librarum contrafacientibus.

L[ege] Statuimus ut Calzolarij apotecas in diebus festiuis
clausas teneant et non uendant & In casu necessitatis sub
pena solidorum decem uice qualibet.

L[ege] Statuimus caluinam in calcinario p[re]dicto deferri s[ecundu]m q[uo]d alias
fuit consuetum uel colter per omnes artis homines co[n]cianter
portetur.

L[ege] Statuimus neminem ex ... posse auferri alicui
conferi coramen aut scotanum uel aliam necessaria ad eccam
ad penam fustigationis et ...

L[ege] ordinamus q[uod] nullus de arte p[re]dicta audeat uel p[re]sumat
no aliquo ... aliquid calcinarium ex portar nisi primo dixerit
illi qui coream seu coramen fuerit in ipso calcinario et sua ta
ueritate q[ui] debebit ipsum calcinarium exgomborare teneatur
ipse in estimabile ad domum de eum Camerarium uel ad illa per
sona posita seu ponenda ad ipsa calcinaria distribuenda ad faciendu
sic scribi et exgomborantem eleuare de scriptis ipsius datoris. Com

uero faciens in nō obseruando dictum ordinamentum soluat Camer. sine massarii dicte artis in qualibet solidos quadraginta.

Et ordinamus quod nullus foresis nec aliquis alius qui nō fuerit in dicta arte iuratus audeat mitter aliquod coreu seu coramen in dictis calcinariis uel aliquo eorum nec etiam conducer in dicta domo uel in locis iuxta ipsam domum mō aliquo sine licentia camer. eiusdem artis contra uero faciens mulctet in qualibet in sol. xx. dicte arti applicandos

Et statuimus quod nullus de arte predicta audeat uel presumat quoquomodo accipere uel asportare uel accipi seu exportari facere de calcina dictorum calcinariorum uel de calcina que erit ibidem contra uero faciens soluat pro qualibet salma ipsius calcine accepte quinque solidos:

Et ordinamus quod quicumque de eadem arte fecerit mō aliquo aliquam conuenticulam seu adunantiam alicuius occasionis nisi pro bono statu cōis generalis dicte artis sine licentia maioris partis artificium soluat camer.o dicte artis pro eadem arte solidos xx.

Et ordinamus quod quicumque de arte predicta damnum aliquod dederit in bonis alicuius tempore quo starent in dicta domo uel calcinariis seu locis predictis ad faciendum aliquod laborerium pertinentes ad dictam artem soluat in qualibet dece sol. et emendet damnum patienti

Et statuimus quod nullus de dicta arte audeat uel presumat mō aliquo facere nec fieri facere aliquam operam ad dictam artem calzolarii mō aliquo pertinentem alicui debitori alicuius calzolarii iurati in dicta arte, postquam sibi prohibitum fuerit per creditorem ipsius debitoris ipsi facienti uel fieri facienti operam predictam. Contra uero faciens

Soluat eidē arti pro quolibet uiginti solidos et de hoc creda
tur de bono creditoris cū uno teste bono et idoneo:

Et statuimus et ordinamus quod si aliquis de arte et societate p(redic)ta
dicta steterit ad emendum aliquā derratā seu nummatā ad artē
calzolarie tm̄ pertinētē ex singulo uel eius districtu et
aliquis de arte p(redic)ta superueniret tunc et diceret talis sup(er)
[redacted] ueniens partē uenditor ipsius derratę seu nō, hre debeat
partē in ipsā derrata et illud idē dixerit. dicimus de bo
stijs uiuis et mortuis ca(usa) macellandi et uendendi. et de hoc ste
tur iur(amen)to emptoris et ipsa derrata fieri debeat ad petitionē
emptoris ipsius derratę. et plus offerenti detur ipsa derrata
contra uero faciens in nō obseruan(do) dictum ordinamentum pe
nā quinque solidorū pro quolibet incurrat.

Et statuimus quod camer(arius) artis p(redic)te qui pro tempore fuerit de uo
luntate maioris partis artificum possit inquirere contra oēm et
singulū calzolariū de quolibet re pro bono statu et utilitate
dictę artis et culpabilem reperta(m) condemnare sm̄ uoluntatem
ipsius camer(arii) et maioris partis artificum ut s(upra) sine quibus expen.
a x solidis supra fieri nō possit.

Et ordinamus quod camer(arius) dictę artis qui pro tempore fuerit teneat et
debeat uocatis iuris infra unum mense ab exitu sui offitij sin
dicar uel sindicari facere suū in offo successore reddere rōnem de
oī eo et toto quod dicto tempore sui cameraviatus offitij fecerit et gesserit ad

I. Et statuimus quod bona et antiqua consuetudo cerdonum servetur illesa et manuteneatur per officiales comunis quantum cumque predictis sint quod est ab antiquis retroactis temporibus observata inter alias consuetudines hec specialiter observetur videlicet quod octo diebus ante festum omnium sanctorum et octo diebus post ipsum festum. et octo ante anni novi principium, et octo dies post festum pascatis resurrectionis sabbato sancto addito quas cumque ubique locorum calzolarijs et cuilibet de dicta [redacted] Arte carnes faciendi et octo diebus ante festum Nativitatis domini et octo post ipsum festum plenam concedimus facultatem, dummodo modum et formam datum et datam macellarijs non excedant, et si id excederet in aliquo de illa teneatur pena ad quam ipsi Macellarij tenentur predicti vero calzolarij et quilibet eorum quod acciderent aliquam bestiam, sanguinem et alias inmunditias statim colligat et colligi fecit debeant, ita quod nullum fastidium neque tedium faciat convicinis et convicinos nec alij quamlibet portare vel portari facere etiam per aliquem modum contrafacientes in centum sol. michaelis condempnentur condempnandi per Arti coadunatos in palatio dominorum Priorum possit et dominum ad arbitrium de mandato tamen domini Lo, cum tenentibus vel portantibus ex bancum possessionem ibidem assi, teneantur vel aliter vel alio modo

Item confirmamus capitula eorum Arti.

Capitula Aurificum

Statuimus Aurifices in luminarijs accedere debere et facere Camerarium qui iurisdictionem habeat inter homines artis et de rebus artis usque ad summam unius floreni. Cum Milites et officiales obediant et mandata usque ad summam predictam inter predictos et rebus predictis exequantur omnino.

Item festivitates custodiant et apotecas non aperiant sub penis statuti.

Item aurum et argentum non laborent nisi prius pari saggium lige dederit et secundum saggium laborent et non in minori liga pena falsi si contrafactum fuerit.

Item non laborent mixturas et res falsas sive fictas aut [illegible] pro re vera sub falsi pena.

Item pondera auri vel argenti iusta teneant sub pena librarum decem.

Item paragonem optimum teneant et eum paragonem contra saggium datum fiat comparatio et simili modo sub pena librarum decem.

Item non emant aurum vel argentum a [illegible] nisi in presentia paris vel alterius hominis ad hoc comitis. Sub pena predicta.

Item si aurifices non fecerint Camerarium ad dictam incedat sub arte ferrariorum et camerario eorum pareant sub penis predictis.

Item libris eorum credatur usque ad summam carolenorum quattuor infra quattuor menses et non ultra.

Item [illegible]

¶ Capla Artis fabroru' ferrarior'

Ferrarij Camerariu' s[ecundu]m eoru' co[n]suetudine' faciat et ius reddat
usq[ue] ad summam quattuor carolenoru' inter ho[min]es artis eorum
de rebus artis cu' auctoritate mandandi et exequendi, cui miles in
tantu' et pro tanto pareat.

Item libris eoru' fidelis tenens credat usq[ue] ad summam quattuor caro-
lenoru' dummodo contractu factu' infra sex menses, post uero
p[re]dicta soluta et no' credatur quoquomodo.

Item ferrarij in diebus festiuis no' laborent sub penis statutis nisi
ferranda bestias que essent uiatoru' uel simil' qui necessario
equitar' deb[er]ent uel salmar' de ferr' habent.

Item de infirmo morbi aliquarum bestie eis credat et ad ipsos recurrat.

Item et teneant bestias decoriatas per eos sub terra collocar' sub
penis in statutis contentis.

Item ferra per eos empta no' laborent nisi ante p[ri]oris et ex[er]citor',
... fide' faciant de pretio pro quo emerint.

Item regulam eoru' artis confirmamus.

¶ De barbitonsoribus

Barbitonsores Camerariu' faciat ut sit consuetum et ... adsit p[re]-
sertim in festo sacr[atissi]mi corporis Christi, apotecas que eoru' mundas
tenere et pannos albos ac purgatos bis in hebdomoda mutent.
Speculu' in apoteca teneant et in eoru' apotecis no' ludant ad
primera, fluxu', alzar, Tarra, Passa dece, Ronfa et alios

Ludos uestes nec suder permittat, [illegible] ad purgan-
bireta et pannos qui fuerint lauti et vasi comodent et non
plus recipiat pro eorum mercede quam fuerint hactenus consueti.

De sutoribus capitula.

Sutores Camerarium faciat et lilibus [illegible] adsit et corpus
[illegible] corporis christi associent et in diebus festivis non labo-
rent sub penis in statuto contentis.

Item statuimus quod nemo in terra uel districtu laboret in dicta
arte sine licentia predicti Camerarii sub pena unius floreni et
nisi sit descriptus in libro artis predicte.

Item non plus exigant pro uestibus suendis et tagliadis quam
hactenus consueuerint sub pena librarum decem.

Item mensuram pannorum iustam teneant signatam signo comunis sub
pena decem librarum.

Item libris eorum usque in summam quatuor carolenorum pro qualibet
persona credat usque ad tres menses et non ultra.

Item famuli eorum non possint nisi dum finito tempore cum alio sutore
[illegible] sub pena librarum decem sutori recipienti et famulo
contrafacienti, nisi ex licentia Camerarii dicte artis.

Item si contingat sutores pannos uel brancettas uel aliud
genus pannorum uendere non prius uendant quam fidem fecerint
extraord. et dominis prioribus de precio quo emerint dictos pannos

Item cedulam artis predicte confirmamus.

¶ De lignariis et muratoribus ac scarpellinis.

Quoniam cedulam dictarum artium satis ampla pro artes sunt et bene compacta, et eandem confirmamus. Volentes tamen omnes lignarios, muratores et scarpellinos teneri in operibus communis murandi, vel arte eorum, et locorum publicorum in diebus festivis teneri laborare gratis ad mandata domini locum tenentis vel potestatis et dominorum Priorum, recepturi tamen illo die dumtaxat victu vel alimentis.

¶ De pizzicarolis et merciariis

Pizzicaroli Camerini faciant consuetum et luminaribus consuetis adsint sub pena in statutis contenta.

Item omnium rerum vendendarum per eos fiat monstra et fides de pretio rerum emptarum dominis Prioribus vel extraordinario qui pretium moderent et imponant tassum, ita quod ementes et vendentes honeste tractent prout eis visum fuerit expedire, et si secus fiat xx solidorum penam extraordinarius exigat vice qualibet.

Item teneant res bonas et recipientes et non sententias sub pena predicta.

Item non vendat in die festivo nisi post missas et sero post completorium, et teneant in dictis horis hostium fere clausum et honeste vendat, et interim non vendat et clausa apotecam teneant sub dicta pena.

¶ Capitula de Bastariis

Bastarij luminibus incedat sub pena solidorum decem

Ite bastos recipientes faciat. arciones idoneos apponendo
pilu borra apponend. et desuper coramine bastu coope
riendo ac pilo uel borra sufficienter implendo sub pena lib.
Ite no plus de bastis exigat q̃ fuerit hactenus consuetum
et si concordes de p̃tio no existat arbitrio dñor. Priorum
p̃tiu imponat sm rei qualitatem.
Ite si bastos dixerit infra certu tempus, no diferant
ulterius facere sub pena librarum decem.
Ite nullus laboret in dcta arte nisi de licentia hoium dce
artis sub pena carolenoru quattuor.

Capla de hospitibus et cauponibus

Statuimus neminem posse caupona facere nisi insignia rei,
nuerit publica ante hospitiu appensa sub pena solidor. lta
Ite no posse vina uendere uel carne aut panem, uel alias res
nisi a dnis Prioribus et vexillifero et grasserijs imponat
p̃tiu, meta siue taxa rebus uendend. iuxta rerum substa,
tiam, qualitatem, bonitate et tempora ad pena unius flor.
Ite no plus uendat q̃ fuerit taxatu sub simili pena.
Ite aqua no retineant in cellarijs sub pena solidor. xx
Ite vinu aquatu siue linfatu pro puro no uendat sub pena
solidoru quinquaginta uice qualibet.
Ite mensuras iustas per famulu dnor. Prioru bullatas retineat

Capla

et secundum eas vendant pena L.ta solidorum

Item non ludant nec ludi faciant in tabernis sive hospitijs sub pena L.ta solidorum

Item forensibus dicat et nunciet arma deponenda qui eos recepit alias de pena deferentis arma teneat hospes.

Item blassfemos non recipiat imo expellat alias pro blassfemo idem hospes teneatur et puniatur

Item condemnatos vel bannitos sub simili pena qua tenentur banniti non recipiat.

Item post tertium sonum Campane sive post tertiam noctis horam canipona clausa teneat sub pena solidorum decem vice qualibet.

Item extraordinarius perquirat et exigat penas predictas sub...

De Panifaculis

Statuimus panifaculos debere conficere panem secundum qualitatem temporum pro modo valoris grani arbitrio dominorum Priorum et Grasseriorum sub pena L.ta solidorum si aliter fecerint per extraordinarium exigendam de facto.

De Macellarijs et Lanionibus

Macellarij bancum carnium retineant in apoteca communis post turrim et pensionem solvant dominis Prioribus singulis mensibus sine mora sub pena librarum decem

Item dictam apotecam retineant mundam et politam sub pena decem solidorum

Item stercora et alias inmunditias iuxta muros communis proijciant

Sub pena solidorum decem vice qualibet.
Item bestias macellandas in Plaza supramuri non vetineat sub
eadem pena.
Item capitula facta cum communi observent et gravent sine remissionem
non perquirat a superiori vel aliis sub pena l.ta solidorum
Item carnes putridas et una carne pro alia non vendat sub
pena solidorum l.ta vice qualibet
Item non defraudet aliquem sed iusto pondere vendat et non
plus exigant quam fuerit capitulatum cum communi sub penis
statutis et sol. centum vice qualibet pro rector ordinariis exigen.

Titulus de fornaciariis.

Statuimus fornaciarios laterum tegulorum cupporum qua-
drellorum et pianellarum non plus vendere posse in futurum
quam antea convenerit sub pena centum sol. vice qualibet.
Item statuimus lateres fieri longitudinis unius pedis vul-
gariter nominati pede di mano et grossitudinis trium di-
gitorum et latitudinis unius medii pedis similiter et cuppi
sive canalia fiant longitudinis duorum pedum similium et
tegule eiusdem sint longitudinis et latitudinis in ca-
pite unius pedis similis sub pena solidorum centum vice qua-
libet. Item pianelle sint eiusdem longitudinis et latitu-
dinis per lateres sed grossitudo fiat unius digiti cum dimidio
quadrelli autem fiant unius lateris longitudinis et gros-

situdinis quattuor digitorum et latitudinis unius quarti pedis nuncupati pie dimano sub simili pena:

Item fiant bene cocti a iusditio boni magistri:

Capla de calcinariis

Calcaria sive calcinaria fiant bene composita et bene coquantur et ubicumque fiant ipso qualibet calcinario teneantur tradere fabrice aqueductus Gualdi salmar decem calcine bone recipiendo et iuste mensure et portatas in loco fabrice absque alia requisitione et assignare offitiali aqueductus pena sol. centum defectu assignandi.

Item si calcaria fiant in locis propinquis confinibus et extra territorium et districtum Gualdi dummodo fiant per homines Gualdenses teneantur simili modo salmar decem tradere dicto aqueductui et non excusentur propter quod calcinaria fecerint extra districtum Gualdi:

Item coquentes calcinaria arbores iuvenes non possit taglare et ad pedonem excidere sub pena solidorum decem pro qualibet arbore excisa iuvenem. sed bene veteres arbores excidant. et quae arbores sint veteres vel iuvenes declaret per dominos priores Gualdi:

Item silue sparagariani, fenguelli, sanktj et aliae syluae comunis et guardani nulla tenus excidantur pro calcarib. faciendis sub pena solidorum centum vice qualibet.

In noīe dn̄i am̄. Anno a nativitate dn̄i M.D.XXIJ. indic.
decima tpre S.mi D.N. Adriani pp. VI. die vero penult.a
augusti. Prioribus Franc.o Iac.i de Cenis confalonerio. Mari
no Pauli. Marco Mariani et Guido de Berris Prioribus nūc
Guali. Dno Jo. dilecto s. Julij de Durantibus. Magro
Paulo magli Ludovici. Baptista s. Stefani. Joe s. Asca
nij de Nataldeis. s. Silvio Mariani s. Gabrielis
Dno Pernicola castaldo cōie Perusino. Bap.ta Berardi
s. Franc.o Camilli Statueñ. Dno Ber.no de Morronibus
et alijs maiore parte civium Gualden. existentibus
ante portā S.ti Donati extra muros cōis in strata
pub.a prope hospitium Petri Nerroli in Recessu R.mi
D. D. Anti S.R.E. presbiteri car.lis Papien. epi Alban.
et Guali. moderni Gubernatoris perpetui et legati de
latere, assentis profecti ad urbem pro adventu S.mi
D.N. pp.e Idem R.mus D. leg.s convocatis cum predictis
suprascripta oīa et singula statuta de man.o et consensu
suo partim ex veteribus statutis extracta et partim
de novo edita pro Regimine populi Guali. et districtus
confirmavit emologavit et approbavit et perpetuo
ab oībus observari mandavit iuxta continentia eorumdem
statutorum indifferenter et nemine [illegible] voluit contrafieri

ꝯuenire iubens dictum volumen Statutorum in Palatio dominorum Priorum Gualdi teneri et custodiri sub catenis et nullo modo extrahi de dicto Palatio dominorum Priorum sub excomunicationis pena et ducatorum centum contrafacienti et privationis officij et salarij Priorvatus qui permisserit extrahi, inspici tamen et copiam fieri omnibus volentibus in dicto Palatio mandavit et voluit, Jussitque observantiam dictorum statutorum bannivi publice per loca solita per vel vincens publicum preconem aperiri de quibus dictis rogatos fecit nos Jacobum de Semolis et ser Bernardinum Gasparis notarios publicos in ce.... una cum supradictis testibus vocatis habitis et rogatis.

Et ego Jacobus de Semolis de Gualdo clericus nucerinae dioc. publicus auctoritate apostolica notarius publicus una cum ser Bernardino Gasparis collega et testibus .... rogatus una cum dictis testibus dum predicta agerent et fierent interfui et propterea hic actum et rogatum scribere ... publicavi et subscripsi signumque meum apposui consuetum:

Signum mei Jacobi de Semolis. △

Et ego Bernardinus Gasparis de Gualdo nucerinae dioc. publicus notarius antedictis premissis omnibus et singulis dum sic agerentur et fierent interfui, vidi et rogatus una cum dicto domino Jacobo notario collega et testibus scribens scripsi et rogavi signumque meum apposui consuetum.

Signum mei △ Bernardini notarii antedicti.

1522 die 7 mens. septemb. In cons. pu. et gnali com. Gualdi
fidem facio et attestor omnibus et singulis presentes inspecturis ego
Aurelius not. et vice canc. infrascriptus gualdensis ex com.ne et
mandato Mag.ci d.ni Marsilij Politiani Terre Gualdi pro
R.mo D.no A. Car. de Monte Locutenentis aperui
presens statutum publicando ipsum in supradicto consilio presentibus
d. confalonerio et prioribus ac consiliarijs eiusdem
Terre coadunatis in sala magna palatij consulatus
in sufficienti numero more solito ac et ipsis omnibus
intelligentibus et auscultantibus confirmationem dicti
statuti ut manu Jac. facta per R.mum d. Car.le
pro et per me vice canc. lecta et vulgarizata ad
et ei pote an. anno d.ni 1522 indic. X.a tempore s.mi
in chro patris et d.ni n.ri Adriani divina providentia pp.
sexti die vero vij.a mens. septembris dicti anni:
Universis et singulis presentes inspecturis fidem facio et
testimonium veritati perhibeo ego Aurelius not. et
vice canc. infrascriptus qualiter dicti die Mag.cus d.nus Marsi-
lius Politianus Terre Gual. Locutenens et Mag.ci d.ni
confal. et priores dicte Terre convenerunt, Imposuerunt
et mandaverunt Guidoni michaelis bernardi de Gualdo
universalibus publicis preconibus dicte Terre presenti et intelligenti

201v

comissio bannim.ti confirmationis

quat. uadat per loca pu.ca et consueta terre predicte et
alta et intelligibili uoce sono tube premisso. et ex parte
ac com.ne et m.to Ill.mi et ex.mi d. d.ni Carolus de Monte Guali
perpetui Gubernatoris et [illegible] dnoz locumtenen
tis et priorum banniat et publicet exponendo et supplica
statuta nouiter edicta et obseruantia ipsorum et capitulorum
artius sub penis in dictis statutis capitulis et confirma,
tione Ill.mi d. Car. predicti contentis [illegible] ad dictum no,
titiam omnium melius modo

Qui quidem Guidonius publicus [illegible] Guali predicti et ex com.ne
sibi facta ut [illegible] retulit mihi [illegible] canc.
[illegible] per loca pu.ca et consueta terre Guali
et ex parte com.ne [illegible] Ill.mi d. Carolus et dnoz
locumtenentis et priorum [illegible] per [illegible] alta
et intelligibili uoce [illegible] sono tube premisso obser,
uantia [illegible] statutorum et capitulorum nouiter
editorum [illegible] confirmatione Ill.mi d. p.ti sub pe,
nis in eis contentis [illegible] dixisse et fecisse
p[illegible] in com.ne et mandatis [illegible]

Et ego Anselmus [illegible] de [illegible] de Guali nuc. [illegible]
pu.s Imperiali auctoritate not.s et iudex ord.s et in presenti
[illegible] canc.s coitis Guali predicti omnibus et singulis [illegible] aperi

statuti in cons.o commissioni et relationi factis per dic-
tum personem dum sicut premittitur agerent et fierent
interfui et presens fui et ea rogatus scriber scripsi et
publicavi et in premissorum omnium fidem et testimonium
signum nomenque meum apposui consuetum.

signum mei Δ. Aurelij not. et vice canc. predicti

Copia Brevis confirmantis statuta predicta
A tergo
Venerabili fratri nostro Antonio episcopo Poreuen. Cardinali de Monte Terre
nostre Gualdi Gabrini perpetuo et de latere legato nunc eius
Intus vero
Clemens pp. vij.
Venerabilis frater noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum fraternitas tua in conclavi
assumptionis fe. re. Leonis pp. X.mi predecessoris nostri Terra nostra
Gualdi Nuc. dioc. distributa fuerit, et eiusdem Terre perpetuus
Gubernator et administrator quoad vixeris cum omnibus et
plenissimis facultatibus, privilegijs, autoritatibus et preeminentijs
solitis et consuetis, etiam cum facultate autoritate et potestate quam
habebas dum Perusie, Umbrieque legatus agebas prout in
litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur deputatus et
institutus fueris. Cumque adepto dicto Gubernio homines

copia brevis

eadem terra in colentes ad male operandum proclives
et facinorosos a directa bene uiuendi orbita reuocaueris
et ex simultatibus inimicitijs et intestinis odijs quibus
usque ad dicta tempora laborauerat ad pacem tranquilli-
tatem et mutuam beniuolentiam reduxeris terram ipsam
exornaueris magnatibus et iura reddentes pro tempore depu-
taueris ac etiam nonnumquam potius fraternitatis tue ius uni-
cuique equaliter administrat. et insuper quod summe
probitatis et circumspectionis tue fuit uolumina statutorum
corrupta dispersa lacera et in reprobum sensum redacta
per deputatos a te de uoluntate et consensu uniuersita-
tis dicte terre et ex spetentibus in unum uolumen reduci
curaueris ex eis minuendo addendoque quicquid tibi
uisum in hoc fuit congruum et opportunum statutis et ordi-
nationibus ciuitatum et locorum circumstantium conforman-
ac illaque tamquam utilitati predicte terre conducentia
confirmaueris et approbaueris. Ita ut omnes illis stat
et acquiescere summa cura et studio. impensissimaque
diligentia curent et proponant, curaueritque semper
et preposuerit ac in uiridi obseruantia existat. Hinc
est quod Nos qui prefatum leonem predecessorem prudentie
ac circumspectionis tue semper inimicum fuisse scimus ipsique

in pntî elarissimus magis et in virtute incomparabi
lius q̄ a tui dotibus quibus altissimus te illustravit eo
to ac affectu nre optimo conquiescamus oia per fraterni
tate tuā inibi gesta administrata condita, confirmata
addita et approbata a die ingressus tui in d.co Guber
nio usq3 in pntem diem dummodo eccl.ie libertati non
sint contraria ... ad cautelam ... p̄missis
comprobamus supplentes oes et singulos defectus si
qui forsan intervenissent in eisdem. In contrariis non
obstantibus quibuscumq3. Dat. Rome apud sanctum
Petrum sub annulo piscatoris die xxiij. Decembris
M. D. xxx. Pontificatus nri anno octavo. Blosius.

Copia brevis pp. Pauli tertij

A tergo

Dilectis filijs Confalonerio et Prioribus ac Universitati
et hoibus terre nre Gualdi Nucerin. diocesis.

Intus vero

Paulus pp. iij.

Dilecti filij salm̄ et aplicam ben. Nuper dilectus filius Gen
...ex ...colus concivis et orator vester, noie vro nobis ex
posuit, venerabilem frem nrum A. epum sabinen. S. Ro. e.
Car.lem de s.to Severino nuncupatum Gubernatorem ipsius nre

203v

copia [illegible]

Terr. Gualdi, Nucerinae diocesis, nobis inter cetera nonnulla
capla. statuta decreta atque ordinationes, bonum Regimen
pacemque et quietem istius Terr. ac iustitia ipam concernen,
tia concessisse, quorum tenor sequitur et est talis. Antonius
miseratione divina epus sabinen. S. R. E. Car.lis de s.to seue,
rino nuncupatus Terr. Gual. perpetuus Gubernator. Vo,
lentes coitatem, homines, incolas et habitatores p.ctae Terr. Gualdi,
quantum nobis licet, a laboribus et expensis relevare et peri,
culis quae longitudo itineris afferri solet opportune
occurrere, et ne appellantes pro suis appellationibus et caus
prosequendis ad urbem accedere compellantur. Statuimus et
ordinamus in omnibus et singulis causis tam civilibus quam criminalibus

Appellari pot. ad Iudi,
cem app.num fulginei

a sententiis diffinitivis seu interlocutoriis vim diffinitivae
habentibus, ac aliis quae gravaminibus irreparabilibus per ap,
pellationem abentibus quae in prima seu sec.a vel ulteriori instan,
tiis in dicta Terra pro tempore vertent, appellari posse ad Mag,
cum dnum Iudicem appellationum pro tempore existentem Civitatis
fulginei et coram eodem tam causas appellationum quam nullitatum
et recursus proponi, et ab illo huiusmodi causas expediri et diffi,
niri infra duos menses a die interpositae appellationis et
recursus huiusmodi possint et debeant, cum potestate ter.nal alicorum duorum
mensium arbitrio ipsius Iudicis a d abu mense et ne ultra pro,

rogandi, idemque Judex sub penis arbitrio suo imponendis et
pro medietate montis pietatis dicte Terre Guali. pro alia vero
camere nostre, dicta appellatione reiecta applicand. Inhibere
valeat, quibuscumque iudicibus et aliis personis proceden.
summarie, et sine tela iudiciaria, sola facti veritate inspecta
atque etiam cum potestate [illegible] terminos ad iustificandum
et probandum arbitrio suo, attenta ex officio [illegible] quo ad causas
criminales duntaxat. Quo vero ad causas civiles idem dominus
Judex iuxta formam iuris et statutorum Terre Guali. predicte
procedere et exequi debeat. Salvis tamen remanentibus auctoritate
et iurisdictione dilectorum Priorum eiusdem Terre et facultate
appellandi et recurrendi ad eos tam in civilibus quam crimi-
nalibus, et in casibus eisdem Prioribus permissis quatenus
eis concesse sint. ¶ Ut locumtenens, Potestates et alii
qui pro tempore Terram Guali. reget melius sibi dicent
scientes se non delusorie de gestis per ipsos in officio reddituros
esse rationem, equalancem et sine aliqua corruptione vel sorde
ius suum unicuique tribuant. Hoc in perpetuum valituro de-
creto statuimus et ordinamus, ut locumtenens, Potestas
et alii officiales dicte Terre teneantur finito officio omnino stare
ad sindicatum in dicta Terra et ibi rationem reddere de

Iudicis auctoritas [illegible]
[illegible] fol. 4.
[illegible] 3. de
lib. [illegible]
[illegible] 57.
[illegible] 60
[illegible] de statutis
[illegible]
[illegible] 85
officiales sindicatus

204v

Copia brevis

o'ibus per ip'm gestis, actis administratis et iudicatis, et
personali'r ubi res exigat responder' ta' ex ca' civili q'z
criminali, cautiones q'z idoneas de stando iuri et iudica-
tu' solvendo s'm forma' iuris et statutoru' dic'e I.v. Et ips
da' sindicatus durare debeat per decem dies co'tinuos
et currentes, quoru' tres assignen'r illis qui petitiones seu
accusationes et querelas contra p'dcos dare voluerit et
intra tres alios quilibet debeat probar' per o'e genus
probationis, quibus tribus diebus elapsis publicet' pro-
cessus et infra tres alios dies partes debeant oppone-
re, opposita probare et allegar', quib' elapsis intelli-
gatur in ca' e'e conclusu', et sequenti die sententie
absolutorie vel co'demnatorie prout iuris fuerit pro-
ferant', et dict' decem diebus elapsis locumtenens et alij
p'dci n' teneant' amplius star' ad sindicatu', nisi ali-
quod legitimu' impedimentu' et notoriu' inciderit in-
fra tempus dcoru' decem dieru', tunc enim pro dieb'
quibus duravit impedimentu' debeat totidem alijs
diebus ad sindicatu' stari, elapso vero t'p'e s'dco
decem dieru' et satisfacto o'ib' et singulis quib' eo'dem
nasci'ent, locumtenens et alij p'dci officiales possint
pro eorum arbitrio inde recedere. Volumus autem

atq3 decernimus locutenenté et alios p'dcos sindica
ri debere per successorem in offo et per sindicatores

Locu'tenens sindicetur per successorem et sindicatores

cois secundu forma' statutoru' dce Civi' et sindica,
tores cois si uoluerit possit eliger consultoré expen,
sis succumbentis. ¶ Alij uero officiales sindicent
per sindicatores cois tm iuxta forma' dcoru statu,

Alij officiales sindi,cent p sindicatores tm

toru', et in procedendo dci sindicatores nulla' solem,
nitatem iuris positiui seruar' teneant' sed procedant
ueritatem et iustitia inspectis, et ne dcoru sindica,
toru iurisdictio contemnat' et officiu ipsoru uilescat
in concernentibus officiu' sindicatus possit precipere
unicuiq3 testesq3 cogere ad perhibendu testimonium
sub penis eoru arbo imponendis. Postea decernimus
sindicatu nullatenus posse fieri durante offo et ante
successoris aduentu, et si aliter fuerit seruatu sindicatus
et sententie uiribus careant et sint ipso iure nulle.
¶ Volumus etia' et statuimus penas pecuniarias in quib3
in hmoi sindicatu locumtenens, Potas et alij officiales
p' dca criminalr condemnabunt' applicari montis Pietatis

Pene pecuniarie in quib3 condemnabe' offi,ciales, monti applicent

et camere nre ut supra, in ceteris uero in quibus n' disposit sup
dispositu seruentur statuta predcta. ¶ Cu' deceat inno,
centem oi' humano affectu uacuu' ee et mixposit accu,

Locutenens siue Potestas et alij offles no possit refirmari

dere ut qui diutius in offo permanserit amicitias uel inimicitias no ineat, unde iustitiae uigor frigescit, Iura peruertunt, crimina multoru impunita remanent, insontes indebitas quandocunq3 uexationes patiunt, decernimus futuris temporibus no posse in dona Gualdi deputari aliquem Locumtenentem, Potestatem aut ius dicentem nec alios officiales nisi tm pro semestre, qui si bene se gesserint possit per alteru semestre dumtaxat in offo confirmari. et ultra duodeci menses offe uill nullatenus exerceri ualeat, et prorogatio officij fca ultra dcum tempus sit ipo iure nulla, et psumat pero brepdum tempus sit ipo iure nulla; et psumat per obreptionem et subreptionem obtenta siue fca, et Edni Priores sue no possint Locumtenentem uel alios officiales ad solitu iuramentu admitter sub pena centu ducatoz auri ipo fco incurrendoru et applican uesi et qcunq3 pti Locumtenentes et alij officiales post dcum tempus ordinauerint pceperint executerint nullius sint roboris et momenti. Ant. Car. lis de S.to Seuerino Gualt Gubernator. Datu Rome in edibus nre habitandis uigesima sexta Maij millo quingentesimo quadragesimo primo. Nos aut cupientes q pro pace et quiete, proqz iustitia ipa et ad comoda ura edita et concessa sut firma perpetuaqz persistere, ac a quibusuis

pdicto approbatio

excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis
sententiis, censuris et penis, a iure vel ab homine quavis oc-
casione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati
existitis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum
serie absolventes et absolutos fore censentes, vestris in
hac parte supplicationibus, nobis nuper porrectis
inclinati, supradicta capitula, statuta, ordinationes
et decreta ex certa nostra scientia ac de apostolice
potestatis plenitudine auctoritate apostolica tenore presentium approba-
mus et confirmamus atque omnes et singulos tam iuris quam
facti defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem,
supplemus, ac mandat ut opus sit illa perpetuo observan-
da de novo vobis concedimus. atque omnibus et singulis
predictis statutis, decretis et ordinationibus supra-
dictis plenam fidem adhibendam esse decernimus,
presentis, ac si originalibus ipsis adhiberent si exhiberent. Ve-
rum super vos ulterioribus gratiis prosequi volentes
statuimus et ordinamus ut de cetero locumtenens
testas et eius curia pro commoditate et opportunitate
[illegible] et preveniendum ad obviandum scandalis que in [illegible]
tam de die quam de nocte ex tempore quandoque oriri solent

Ut locumtenens officialia residentia in palatio placeat

Copia brevis

in Palatio Potestatis sito in sua platea co(mun)is loco opportuno
et no(n) in Arce d(i)c(t)e Terre omnino residere debeant, et cu(m) sicut
intelleximus culpa locumtenentis sive sue Curie no(n)nulli
in d(i)c(t)a Arce mortui, quida(m) vero ob seva(m) carcerationem aliquo
membro mutilati fuerint, quidam etiam inde aufugerint
Volumus et expresse mandamus ut homicide et cuius-
cumque alterius criminis Rei in solitis carceribus dicti
palatii prout ante q(uam) oppidum sive Terra p(re)d(ic)ta in Guber-
nium aliquibus ex venerabilibus fratribus n(ost)ris S. R. E. Car-
dinalibus concedi cepta fuit fieri solebat et no(n) in d(ic)ta
Arce omnino detineri debeant preterq(uam) in atrocioribus.
Et ne locumtenens sive Potestas et alii officiales spe
impunitatis penarum per ipsos pro tempore incurrendarum
ad illicita proclimores reddantur, decernimus et de-
claramus d(ic)tas et singulas penas per ipsos pro t(em)p(o)re incurren(das)
das Montis pietatis et reparationi murorum sive publicorum
operum etiam si alis hactenus applicata foret applicari
et applicatas esse ac censeri debere. Quoque etiam facultas
appellandi et recurrendi ad priores dicte Terre pro tempore
existentes in quem modum autem illud alias concessa firma
maneat. Et insuper licet dudum p(er) tunc A. ep(iscop)us et Car(dina)lis
dicte Terre Gubernator statuerit et ordinaverit ut per vos
in vestris causis civilibus et criminalibus ad Iudicem

Carcerandi no(n) carcerentur in Arce

[illegible] applicatio

Appellari ad priores

Lib. Rub: 57: fol: 60:

appellationum Civitatis nostre fulginei appellare et recur
rere possitis prout in litteris desuper expeditis et
Partibus ut supra insertis plenius continetur. Quiatamen
Civitas ipsa modo Iudice appellationis ibi solito ca
ret, ne imposterum vobis contingat dubitare ad
quem Iudicem appellare et recurrere valeatis, De
claramus et de novo etiam vobis concedimus ut
nunc et quandocumque in dicta Civitate solitus Iudex
appellationis non erit, vos eo Iudice appellationis
et recursus uti possitis, quo fulginatenses pro tempore
[illegible] uti solent et potuerunt. Verum vos ex prima
sedatum hactenus observata animalia habentes
ministris olim Camere Apostolice post modum vero Guberna
toris dicti loci Gabellam pastum ratione pascuorum quot
annis solvere ratione vero pratorum Montium olim addic
tam Camere deinde autem ex concessione bo. me. Car.
Palmerii tunc Gubernatoris per ipsam Cameram estimata
ac per prefatum Car.lem modernum Gubernatorem approbata
prorata quadraginta ducatorum sive scutorum annua
ad vos spectantem alia onera subire teneamini
Iniquum Nobis videretur quod vel modernus vel

appellari et recurri potest ad iudicem [illegible] fulginei

successores Gubernatores lucri forsan cupiditate ducti
illa siue illoru' herbas et pascua h(uius)moi siue altrutra
alienis et exteris uendere, vos uero subditos u(est)ros ibi
ortos, continuisq(ue) oneribus sedis Ap(ostoli)cae et frequentiq(ue) gen
tiu' Armoru' transitu grauatos, atq(ue) perexiguo et ste
rili in agro constitutos uestro quasi proprio cibo a
natura loci uobis parato post modu' priuare uelit. Nos pre
missa attendentes. Statuimus et ordinamus ut dece
tero animalia forensiu' illuc ad pascuandu' Contra
forma' u(est)ror(um) statutoru' et in preiudiciu' uestrum, q(uo)d
si aliter fieret no' modicu' uobis inferretur nullate
nus introduci possint nec debeant. Et q(uod) concessio pra
torum h(uius)moi per ipsu' Cardinale' Palmeria' uobis fa
cta et per ipsam Cameram confirmata ac per b(ea)t(i)tu(dinem) modernu'
Gubernatorem ut preffertur approbata, alia'q(ue) iura u(est)ra
per d(ict)os retros u(est)ros competentia inuiolabiliter obseruentur.
Et q(uod) prata h(uius)moi per eos ad quos spectabit hominibus d(ict)e
Terr(ae) tantu' prout per ministros Camerae fieri solebat non
autem forensibus distribuantur. Et q(uod) banimenta
alteranti'a penas statutarias prout pro captando lucro
potius q(uam) pro necessitate et quiete loci, nisi aliq(uo) instanti
periculo uel urgenti casu saltem sine permissione

Pascua forensibus uendantur.

Pratorum concessio obseruetur

Prata qualiter sibi distribuantur

Banimenta alterantia penas statutarias no' valeant

consilij minime fieri possit et facta no valeant

atq non nulla statuta sive decreta super male
ficijs et officio damnorum datoru ad captandu lucru
venidere potij per quemdam locumtenentem pro
pria auctoritate et sine consensu populi sive con
silij prout no nulla alia fecit, facta etia si forsan
venerentalem ob timorem hactenus observata fuisset
per vos Reformari possint. q qz cu intruentu ibi iris
dicentis statuta sive decreta exigent loca et tempo
ris opportunitate de novo facere, que vero correctione
indigeant corrigere et reformare statuta aut qua
ut fama est, per Bartolu de saxoferrato facta sive
ex eius exemplaribus sumpta, ibiq in oibus casib
contingentibus usq ad initiu cepti gubernij observa
ta fuerunt resumere valeatis et ut prius observentur
concedimus et indulgemus. et quicunq posthitu ad
nos recursu a quoqz quavis auctore fuerit vel igno
ranter in preiudiciu iurium prescriptorum circa prata et pa
scua hmoi acta, attemptata, innovata ve fuerit vel
agi, attemptari, innovari in contingeret irrita et inana
nulliusqz roboris vel momenti esse decernimus.

non nulla decreta su
per maleficijs et di
p̃ locumten possit reformari

auctas concedo fa
ciendi statuta
seu corrigendi

Annullatio

208v

208

copia breuis

¶ Mandantes et praecipientes omnibus et singulis Guberna-
toribus, Locumtenentibus, Potestatibus et quibuscunque
alijs officialibus et executoribus in dicta terra pro tem-
pore existentibus et alijs ad quos spectat et pro tem-
pore spectabit, sub excommunicationis latae sententiae
et quingentorum ducatorum auri applicandorum ut supra poenis,
quatenus praemissa omnia et singula alia quae pacem
quietem, Justitiam in dicta terra ac eius comitatu con-
cernentia inuiolabiliter obseruent et ab alijs obserua-
ri faciant et mandent ¶ et Dilectis filijs
Legato siue vicelegato et Gubernatori ciuitatis nostrae
Perusinae et Prouinciae Umbriae pro tempore existen-
tibus, Necnon causarum Camerae Apostolicae generali auditori
